monium dissipabit. dabit vulnera viduitatis: ruine: filium vero aut vnū dabit: aut nullum. qui sic enim eum habuerit in omnibus semper actibus impeditur. Qd si per diem sic fuerit inuentus: debilitabit omne corpus: faciet languidos: caducos: et qui ex ferro vulnera frequenter accipient: reddet inualidos. et quos feminine semper impungnet: et quia feminis magnis semper molestijs deteratetur. faciet etiam eos sine gratia prestare quod dederint. Nam quicunq; aliquid ab ipsis fuerit consecut;. ingratus illis semper existit. Qd si sic positum martez sol de quadrato vel de diametro respererit: aut cum eo fuerit fortiora hec mala crebriora qd decernit: frequenter et maximis periculis constituit: faciet etiam insanos lunaticos. Si sic marte constituto horosc. in domo martis fuerit inuentus vel collocatus: aut si locus fortune in loco vel domo martis fuerit inuentus vel collocatus: aut si locus cupidinis vel demonis in domo martis fuerit constitutus. ¶ In quinto loco mars ab horosc. constitutus. Si per noctem in horosc. fuerit: et si in domo sua vel in domo iouis vel in finib; suis fuerit. vel in altitudine sua fuerit constitutus: et si iupiter cum eo fuerit: vel de trigono eum ipse in domo sua constitutus respererit: faciet glorias maximas: et patrimonij augmenta magna: et omne gen; decernit felicitati: faciet etiaz honores a populo decerni cum potentibus viris. vel cum maximis administratoribus fideles amicitie gratia coniunctos. Qd si sic posito marte ac ioue luna deficiens lumine martis se stelle opportuna radiatione coniungerit faciet prepotentes: honorabiles: duces: et quibus maxime committantur exercitus ut det etiam vite necisq; auctoritatem. et in magnis administrationibus iuris gladij decernit potestatem. Qd si ab eo luna: venus vero sit cum eo. aut de trigono eum respererint faciet felices diuites: et qui per semetipsos gloriam consequantur: et qui sint semper venustis corporibus grati. Si vero per diem mars in quinto ab horosc. loco fuerit constitutus: patrimonium eius labefactabit. et domicilium frequenter mutabit: et propter infortunia que ei acciderit peregrinis semper regionibus immo: abitur: erit aut in periculis non modicis constitutus. Si vero sic positu per diem martem hec mala decernentez iupiter aut venus vel simil cum eo constituti vel de trigono vel de exagono eum respererint: lucra maxima ex peregrinitatis incommodo consequetur. et cito de peregre reuocabitur ad patriam. Metendum est autem quotiens sic per diem constitutus in diametro habuerit lunam crescenti lumine: maximos enim labores incidet tales accus: aut ad imitatione seruitutis accedant. Nam et si felix esse visus fuerit talis eius erit felicitas aut semper aliena subiacet potestati: faciet enim assensores iudicu maximop: accusationes: seditiones: turbas: damnia faciet et repentina pericula: et ex aliqua corporis parte debiles: interdu insanos et languores tales facit ut nimio febris labore adusti ad insaniam transferatur. faciet etiam vincula: carceres: et custodias: nisi respiciens iupiter lunam in diametro martis constitutam vel ipsum martez: ipsarum calamitatum miserias mitigavit. Quotiensq; eni sic positu marte ac luna iupiter radiatione respererit eos qui nati fuerint maximis periculis constitutus: et omnium presidio desperatos: repentinis facit iupiter liberari presidijs: filios etiam per diem in hoc loco constitutus: sine testimonio iouis denegabit. ¶ In sexto loco mars ab horosc. constitutus multa mala decernit. nam et silijs nocebit:

et inequalitez vite faciet: valitudines decernit pro signorum scilicet genitura: nam in curvis signis premori facit interduz claudos gibbosos: in hoc loco omnium valitudinum virtus cernuntur, si partiliter mars in eo signo fuerit constitutus. ¶ In septimo loco mars ab horoscopo constitutus, i.e. in occasu maxima mala et imensa pericula decernit. facit enim laboriosos: homicidas: et sceleratos: et reos facinoꝝ iniusteores: aut tortores: aut carnifexes: aut proditores. Quod si in dominum suam in occasu positus per diametrum respiciat, non faciet biothanatum, nunquam enim mars dominum suam euertit. Sed tunc facit oligochronum si horosc. et luna fuerint iouis presidio protecti, quod si non fuerit horosc. in domo martis oligochronios reddit presertim si per quadratum vel diametrum id est in hora vel in medio celi pleno lumine constitutas lunas resperterit. Sed generaliter mars in septimo ab horoscopo, loco constitutus, i.e. in occasu per diem et per noctem biothanatos facit pro qualitate signorum: fortius tamen hoc malum decernit hoc manifestans in alienis signis. Nam in hoc loco si fuerit iuuentus: tunc dolores et lacerationes corporis facit: et aut precipitat: aut interemit: aut in carcere vinculis constitutos perpetuis et mortiferis calamitatibus deprimit. in nocturnis genituris vero dolores estus faciet ex omnibus actibus, sed ex ferro vulnera frequenter infligit: et vulnera illa facit ignita cauterioꝝ adustione curari, facit et absconsos corporum et imensos dolores: presertim cum ipse temporum dominus fuerit vel a luna plena ipse diuisa sibi temporum spatia possederit: si viso marte in septimo loco constituto saturno: aut hora: aut in medio celi partiliter sit constitutus: vel si luna plena feratur ad martem vel ad saturnum minuta magnorum malorum funeste calamitatis infortunia decernuntur: tunc accusationes: tunc vincula: tunc carceres: tunc damnationes: tunc contra eum capitales sententie profertur. aut enim bestijs obijicitur: aut per precipitia iactatur: aut ruina deprimitur: aut domesticis insidijs laniatur: aut a latronibus interimitur: aut in nauigio perit: sed hec pro genere et qualitate signorum decernuntur. Nam in terrenis signis constitutus: feris facit obici: insolidis vero opprimi a ruina facit aut in precipitia iactari: in aquosis constitutus naufragio submergit. In humanis vero signis constitutus gladio facit interire Si vero sol in diametro fuerit vel cum eo vel in alio geniture cardie viuos facit exuri: ut omnifaria in hoc loco constitutus misera calamitate hominem et flebili vite atrocitate disperdat. Sed ante diem ultimum vite habebitactus qui nunc geniture septimo martem in loco habuerit aut de igne: aut de ferro: aut de quadam violentia: aut de tormentis: aut de homicidijs. Sed et locum coniugis ac filiorum vehementissime persequitur mars in septimo constitutus loco. ¶ In octavo loco mars ab horoscopo constitutus. Si per dies in hoc loco fuerit: aut patrimoniorum denegat facultates: aut eos qui habent patrimonium misera facit, prescriptione mutari. Quod si sole et lunam in diametro habuerit decernit extinctis oculis cecitate. Solus autem in hoc signo constitutus faciet penurias: angustias: estus: turbas: seditiones: pericula. Si vero sic marte constituto luna in anafora horoscopo fuerit: i.e. in sedo ab horoscopo loco: cum ipso marte se: iupiter vero se nulla eis radiatione coniungat: et alienus ab his sit: nec horoscopo videat: facit biothanatos. Sed si signorum naturas atque substantiam. In humanis enim signis sicut diximus si constitutus fuerit: ab hominibus gladio

perimit: sed a piratis: aut a latronibus: aut a domesticis interemptus qui sic martē ha-
buerit occidit aut gladio percutit: sententia iudicantis varia et criminū diuersitate coni-
ctus: frequenter tamen sic cum luna positus sicut diximus sine veneris aut iouis testi-
monio gladiatores facit. Sed eos qui conspectu populi crudeli necis atrocitate depe-
reant. In terrestribus vero signis in desertis locis facit occidi: multiplici tamen prius
periculorū continuatione turbatos. In quadrupedibus vero signis cōstitutus cum lu-
na hac radiatione qua diximus: aut in fluuijs: aut in stagnis: aut in mari submergit fa-
cit: aut occisos a piratis vndis facit fluctibusq; disperdi. In solidis vero signis cōstiu-
tus per precipitia lapsos inferemur. In igneis vero signis cōstitutus exuri faciet. Per
noctem vero in hoc signo cōstitutus, i. in octauo loco ab horoscopo faciet callidos: pe-
riculosos sed argutos tamen publicis actibus aut in claris: eos qui sic martem habue-
rint cōstituit. Sed mortem nihilominus decernit biothanatā: aut repentinā sicut apo-
pletici interire consueverunt. Sed si iupiter sic positū martem quacūq; radiatione re-
spexit: vel si cum eo fuerit: hec que diximus mala ex parte maxima mitigant. Sed si
in horoscopo iupiter pariter fuerit inuentus: horoscopus vero ipse sit in domo iouis:
vel veneris que stella prospera se ioui radiatione cōiungat: et obstiterit marti hac qua
diximus radiatione grastanii: omnia hec calamitatū funera maxima parte mutantur.
Flebiles enim casus et miseris semper infortuniorū incōmoda: et in hoc et in ceteris locis
decreta per martem mutant atq; mitescunt: si impetus martis bono veneris ac iouis
testimonio mitigant. ¶ In nono loco ab horoscopo cōstitutus mars bonus erit circa
vitam et gloriā: et si iupiter in horoscopo fuerit cōstitutus in nono loco marte posito fe-
lices facit: et qui facile omnia cōsequant. Si vero nocte in nono loco marte constituto
iupiter in martis horoscopo fuerit inuentus potestate maximā administrationū: et ius
gladij decernit et facit eum qui sic natus fuerit exercitū ducere: frequenter tamen sic po-
litus in peregrinitate decernit incōmoda. Si vero in nono loco constitutus in domo
mercurij vel veneris fuerit doctos et famosos facit oratores. Si vero aut in domo sua
fuerit aut in domo iouis: aut in altitudine sua iupiter in horos. nō fuerit collocatus: fa-
ciet diis terribiles: et qui omnia periurgiorū genera contenant: erunt aut omnibus de-
monibus terribiles: et quorū aduentū prauī demonū spūs fugiant: et qui sic laborantes
homines nō vi verborū sed sola vi ostensione liberent: et quāuis sic violentus demon q
corpus hominū animūq; quatiat: siue ille ereus sit: siue terreus: siue infernus: istius ho-
minis iussione fugiet: et preceptis eius cui: quadā veneratione terret. Hi sunt qui a vul-
go exorciste dicunt. Sed talis erit si in nono loco sit vt diximus habuerit martem. vt la-
borantem hominem ab omni malignorum demonū spiritu facile posit iussionis sue au-
ctoritate purgare. ¶ In decimo loco mars ab horoscopo cōstitut⁹. i. in medio celi par-
tiliter in nocturna genitura scilicet si in masculino signo fuerit inuentus in suo domi-
lio: vel in iouis: vel in eius cuius diximus genere: vel in altitudine sua: faciet quidz pe-
riculosos et vario genere sepe deceptos. Sed nihilominus presides duces vite necisq;
dominos: tribunos terribiles prouincias et ciuitatibus. Si vero in medio celi p noctez
constitut⁹ in quali diximus signo cōiunctionē lune venientis acceperit: iupiter vero aliū

geniture possederit cardinē: et ipse nihilomin⁹ vel in domo sua vel in altitudine sua vel
in suis finibus cōstitutus: potētes duces ac toti⁹ orbis dños efficiet: q̄ si sic positi mar-
tem iouis destruerit stella nec ipse aliquia se radiatione cōingat: nec in ceteris geniture
cardinibus fuerit inuēta faciet nihilominus armatos vel prepositos: vel tribuuos: vel
minoris loci duces: aut magnarū prouinciarū: et licet in minoris dignitatis loco consti-
tutus: habētes tamē gladij et vite et necis potestate. Q̄ si sic cōstituto marte sicut dixi-
mus ioue etiā sicut ante diximus in ceteris geniture cardinibus cōstituto: in his in qui-
bus diximus signis: et in his partibus saturn⁹ in aliquo geniture cardine fuerit cōstitu-
tus erunt quidē reges: impatores: potētes maxime terribiles periculosi: ciuitati⁹ euer-
sores: vel fabricatores: sed modice vite. i. oligochrom: quidā aut et malo fine depereūt:
In peregrinis locis cōstituti amittit vitā pariter et regnū vel in aliena potestate positi
moriunt. Si vero in medio celi mars in feminino signo fuerit inuētus: cuiuslibet stelle
vel suo vel iouis nocte scilicet: faciet nihilominus honestate fulgētes: et in masculino ta-
men signo: p noctē in feminino in medio celi cōstirur: denegat filios. Si vero per diem
in hoc loco fuerit inuētus. i. in medio celi inefficaces hoies facit quo cōuenerit in om-
nibus actib⁹ varijs generibus impediri: decernit etiā dāmina maxima et ammissionem
patrimonij: facit etiā p̄scriptiōnes et cōdēnationes alijs onus peregrinationis indicit:
alijs maximas imponit necessitates: alios fugere cōpellit: alijs decernit exilia: alios fa-
cit peregre vel in exilijs deperire. In vndecimo loco mars ab horos. cōstitut⁹ bona
multa decernit: et augmēta patrimonij largit: et amorē populi frequēter dat maxime di-
gnitatis insignia: si sic eum positi cū deficiente luna iupiter bona radiatione respexerit
aut si cū eo fuerit aut trigonica se societate cōiunxerit: tunc enīz facit iudices habentes
in gladij cū maximis dignitatib⁹ insignitis. In duodecimo loco mars ab horosc.
cōstitutus. Si p diē in hoc loco fuerit inuētus egritudines maximas decernit: et malis
vicijs implicat: et a seruis crebras cōcinnit insidias: et facit talē cui semp serui nocere de-
siderent: et omnib⁹ ei⁹ multiplices p seruos spargit infamias: freq̄ eter aut propter inclu-
sos quos dā aut in custodia cōstitutos: aut etiā dānatōs: et estus: languores: sollicitudi-
nes: dāna: periculaq; decernit: Sed hec oia mitigant si sic mars posit⁹ in nocturna ge-
nitura fuerit inuēt⁹. Optare aut debem⁹ in omnib⁹ genituriis atq; in omnibus locis vt
marti qualibet radiatione quolibet ex loco: ven⁹ ac iupiter sint semp opportuni: tūc enim
impet⁹ ei⁹ ex qualicūq; pte languescūt: cū istarū stellarū fuerit testimonio mitigat⁹. Sed
et illud debemus optare ne quando per diem cardinem aliquem mars geniture pos-
sedeat. Si enim per diem partiliter in aliquo geniture cardine fuerit inuentus: vario
contra eum qui natus fuerit grossatur. In cardine enīm marte posito: si ei per
diem iupiter se coniunxerit in alio cardine per diem mars fuerit inuentus: et saturnus
alium cardinem geniture possederit: faciet biothanatos aut ipsos sibi inferentes ne-
cē. Si vero in cardine p diē cōstituto marte: si alio cardine ven⁹ fuerit inuēta faciet assi-
duis malorū illecebris fatigari: aut interfectores vxorū: aut ipos sibi inferētes necem.
Si vero mars p diē aliquā geniture cardinē possederit: et mercuri⁹ aliqua fuerit genitu-
re cardine cōstitutus cardiacos faciet: et qualicūq; rōne dānatōs. Si vō in aliquo p diē

geniture cardine mars fuerit inuētus: et sol in alio geniture cardine sit positus: faciet quo
 cūq; libet semp exuri. Si vero luna se simili radiatione cōiuxerit: et si luna crescenti sit lumi
 ne faciet biathanatos: et matres eoꝝ acerba morte p̄sternit. Si vero luna aliena ab eo
 fuerit: et sine alicuius stelle cōiunctione in quolibet geniture cardine p̄ diem fuerit inuen
 tus: maximas valitudines: vicia: egritudines: debilitatisq; decernit gaudet aut coniū
 gens se deficiente lune semp et veneri. Unū enī has tres stellas. i. martis et lune et veneri
 in libro institutionis sicut meministi cōdictionis esse monstrauim⁹. Si vero in quocūq;
 cardine geniture p̄ diē fuerit cōstitutus et aliū geniture cardinē mercuri⁹ acceperit ma
 gna et imensa et sine modo pericula decernit. Quicquid enī mali in reb⁹ humanis est: id
 totū ex ista stellarū cōiunctione decernit: et illud meminisse debem⁹ qđ et p̄ diē mars in
 cardinib⁹ cōstitut⁹ semp sobolē denegat filioꝝ. Si loc⁹ filioꝝ in signo ei⁹ fuerit inuētus
 ipse in cardine cōstitutus qr ipse dñs. i. ei⁹ loci filios denegabit. Sed et si in alieno do
 micilio filioꝝ loc⁹ fuerit inuēt⁹ et dñs ipſi⁹ signi cū marte fuerit: yl⁹ si mars eū de diamet
 ro vel quadrato respererit: filios denegabit. Si uero per nocteꝝ ipse dator vite fuerit:
 maxima etatis spatia largitur. Si in diurna genitura ipse dator vite fuerit: faciet in pri
 mo etatis gradu positos interire. Si vero alter fuerit dator vite: mars per diametrum
 vel per quadratū restiterit: minuet ex hac etate que ei decreta fuerit annos quindecim.
 Si uero inter se et saturnū median lunaz positā acceperit: debilitat amputatq; partem
 corporis p̄ qualitate signi in quo luna fuerit inuenta. Si vero lunā crescentē p̄ diamet
 trū vel quadratū viderit: eos qui nati fuerint aut statum p̄imit aut faciet exponi.



Significatio Solis in signis.



Si cum dominus geniture fuerit: et bene locat^r facit homines plenos fidei: sed inflatos superbie spiritu sapientes et omnia spiritu egitatis moderatione cōpositos: humanos: religiosos: et qui patres suos integro semp amo re colūt: facit etiā corpulētos: et quorū caput flauo capilloz crine lucescat: facit etiā agriculas patrimonia p̄pria virtute querentes: efficaces: cordatos: et qui semp aqua sa regionū delectatiōe letent^r: facit etiā tales qui omnes actus cū maxima honestate pficiant: sed hi ab uxore et a filiorū erūt affectib^r separati: vicia vero et valitudines circa oculos et ceteras corporis p̄tes frequēti facit igne cōburi mortis vero exitus in peregrinis locis violentos publicosq^r decernit: auget sol tempus vite si bene collocatus fuerit: et si eu malinolarū stellarū radij nō impediūt.

Significatio Solis in xiiij. domibus celi.



Si in parte horosc. cōstitutus difficiles fratres dabit. In masculino aut signo cōstitutus in domo sua: aut in altitudine sua: et beniuole stelle radiatione cōiunctis beniuolis, p̄tectus: magne nobilitatis largit in signia. Si vero maliuole sielle sole in horosc. constituto prope radijs accedat oculoz aciē ex maxima parte desiderat. Sed q̄r dixim^r eum maximas decernere felicitates oīa debem^r: specialiter explicare cū saturno in horosc. cardine partiliter cōstitutus: in his in quib^r diximus partib^r q̄ diē impatores faciat ac reges qd si vis ei^r leui^r fuerit ipedita cōsulares faciet p cōsulares et dat ordinarios cōsular^r. Si vo mars sic sole positiū sicut dixim^r aspererit: v̄l si cū eo posit^r fuerit cū maria iūdia: et cū magnis piculis et ipedimēt^r: et magnis pugnis aut difficultatib^r ducat^r: impia: p̄tatesq^r decernit. Si vo sole in horosc. p diē in his i qb^r dixim^r signis p̄tiliter cōstituto: aliū iupit^r cardinē geniture possederit: mars vo in medio celi fuerit p̄tilis inuēt^r: in masculino scz signo: luna etiā i aliquo sit geniture cardine ple na lumine: vel in anaforis cardinū: eu q̄ nat^r fuerit toto orbi faciet imparē: aut i tali po testatis administratiōe cōstint^r ptas ei^r lz nō sit dñs ac rex p totū orbis tñ spacia dirigat. Si vo mars i medio celi fuerit vel in occasu sic sole et ioue sicut dixim^r cōstitutis: luna vo cū marte vel in medio celi fuerit inuēta pleno scz lumine: vel i octauo geniture loco eos q̄ sic nati fuerint duces aut reges aut administratores biotanatos facit: aut aliq rōne captos: mala faciet morte p̄sterni: scdm narurā scz signoz atq^r substātiā: faciet aut inter dñ depositū ab honorib^r suis ab oī p̄tate deiici. Sed et si mars cū luna nō fuerit sic sicut cū dixim^r iūct^r: et sol i cardinib^r geniture fuerit inuēt^r: v̄l in cathaforis v̄l in anaforis eoz: sole in horosc. sicut ante dixim^r cōstituto nihilominus qui nati fuerint duces vel reges vel administratores captiuos biotanatos faciet: vel cū summo dedecore a sua potestate deponi. Sed et si sol in parte horosc. fuerit inuentus. Si saturnus pariter me dio celi possederit. Sili modo reges duces et potentissimos administratores facit. Si sic

sole posito ac saturno: mars in secundo ab horosc. vel in viii. fuerit inuetus: et luna plena luminibus in alijs cardinibus fuerit inueta vel in secundo ab horosc. loco: vel in octauo cu marte: eos qui nati fuerint reges vel duces vel administratores biothanatos facit. et exules et captiuos. Si vero sol solus in parte horosc. fuerit inuetus in quibus diuinis signis: hoc enim te meminisse coeniet: et mars in anafora lune fuerit inuentus. Luna in ceteris cardinib' vel in anaforis cardinū constituta: eos qui nati fuerint reges vel duces vel administratores simili modo biothanatos faciet vel cogit eos isto honore priuari. Si vero sol in parte horosc. fuerit inuetus: et luna in ceteris cardinib' genitu re: vel in anaforis: vel in cathaforis cardinū fuerit inueta: et mars se nulla illis radiatione coiunxerit. Si vero iouis stella: aut cu sole in parte horosc. constituta: aut in ceteris cardinibus iuventa vel in anaforis vel in cathaforis cardinū: hi qui nati fuerint reges totius orbis gubernacula possidebunt: euertentes alias ciuitates: alias sublevantes. Si vero sic positus mars sole lunā iouēq; respererit: aut cu ipsis positus aut in cardinibus inuentus: aut in anaforis aut in cathaforis cardinū constitutus: malas mortes faciet his quibus diximus. Sed et vicia et valitudines decernit secundum naturā signorū: et secundū has corporis partes: quas dixim⁹ signis esse ditissas: valitudines et vicia decernunt et casus mortiū. Si vero sic his omnib' collocatis sicut diximus saturn⁹ in anaforis eoz vel in cathaforis cardinū fuerit inuentus: imperiū quidem tantū quantū diximus nō habebūt nihilominus tamen maximos potētia viros ac famulos iudices faciet: aut magnarū legionū prepositos: aut tribunos sed efficaces et terribiles: sed nō pseuerates in his dignitatib' ac potestatib'. Sed vt captiuos eos faciet: aut in exiliū agi aut facit biathanatos interire. Platice vero sol in signo horosc. constitutus faciet ingenuos nobiles. Sed placite sole in signo horosc. constituto. Si iupiter et venus et mercuri⁹ in ceteris geniture cardinib' fuerint constituti: magnos viros faciet: et quib' parētib' maxima bonorum felicitas coparet: et qui a prīma etate in rebus bonis ac prosperis crescant: ita ut sint semp ab incursu paupertatis alieni. Sed si sic oēs positos hos saturnus de trigono respererit: vel de etagono: vel etiā si pariter fuerit constitutus petua felicitas illis decernit. Sed si sic oēs positos. i. sole in signo horosc. iouē: venerē: mercuriū: in cardinibus saturni vero in trigono vel etagono aut loco cu ipsis constitutū: mars hac radiatione respererit: aut cu ipsis constitutus: aut hos oēs de quadrato respererit aut de diametro: et huic stellarū cōmixtioni coiunxerit: faciet maximos iudices potētias habētes vite et nebris potestate. Sed fures rapaces: et qui res alienas auaro rapiat cupiditatis instinctu. Sed nihilomin⁹ hoc eos post maximā dēp̄dationē: vel post maximas rapinas: vel post imensa facinora: exules facit aut biothanatos. Si vero sol nocte in horosc. signo fuerit inuetus: sordidiores genere facit procreari. Qd si p nocte sole in horosc. constitutū saturus aut mars respererint p quadratū: aut p diametru: aut simul cu eo fuerint et ille se illic quacūq; radiatione coiunxerit: maiores quidē fratres perimit. Sed et ipsi⁹ vite atq; omnē patrimonij substātiā et actus oēs prouersione dissipat. Sed semp in omnib' cardinib' geniture sol constitutus maiores frēs oēs debilitabit: aut qui sic habuerit int̄ oēs fratres primū facit nasci. **T**In secundo loco sol ab horosc. constitutus faciet ipsos semper

patronia querētes: et in omni vita sua uies ac bonos. Sed hos eosdē languidos fa-
cit et parue vite et varijs faciet contrarietatib⁹ impediri: et qui semp sint in vita sua varia
terroris trepidatione solliciti. Si vero in hoc loco cōstitut⁹ sol eū ven⁹ ac iupiter bona ra-
diatione respererint vel de trigono vel de exagono: vel si cū ipso fuerint collocati bono
rū aliquid repentinū dabit: et felicitatis incremēta nō modica. Nā iacētes hoīes et abie-
ctos: ad publicū faciet incremēto dignitatis adduci. Sed hoc ei magno labore et cum
maximo impedimēto decernit: et cū matrimonij iactura voluntaria. Unde quicūq; sic
sole habuerit cōstitutū: nihil appetat: ad nullā rem adeat cū seiat se: sic posito sole: in oi-
bus actib⁹ impediri. ¶ In tercio loco sol ab horosc. cōstitut⁹ patri malā mortē decernit
et ipsos qui sic eū habuerint inualidos faciet: sed in cōsilijs bonos ac graues faciet: aut
pcuratores ciuitatū: aut rōnes publicas tractātes: aut fisco p̄positos: aut fisci patronos
si bona se ei iupiter et mercuri⁹ radiatione cōiungerint: sed vxorē ac filios tardī⁹ conse-
quens. Si vero in tercio geniture loco positus sit: in domo sua: vel in domo iouis: vel in
domo veneris: vel in domo mercurij: vel in altitudine sua: vel in altitudine iouis: vel ve-
neris: vel mercurij: faciet religiosos deoz cultores: qui simulacra deoz et p̄ se facta reli-
giosis cōsecrationib⁹ dedicent: et qui fabricationib⁹ et rēplorū iussu principū: vel iudicū p̄-
sint. In alijs vero signis sicut dixim⁹ positus: facit in tēplis ignobilia officia: aut serui-
le aliquod ministeriū. Si vero in tercio loco ab horosc. cōstituto sole saturn⁹ aut mars
aliqua se ei radiatione cōiungerint: vel si cū eo fuerint faciet piuros pfidos et crebris ab
hoc denotationib⁹ miseros: ganeones: et qui sordida et absconsa loca semp sectent: et q
cōtra diuinitatē irreligiosa p̄ferant verba: sed assiduis animi fatigationib⁹ estuantes.
¶ In quarto loco sol ab horosc. cōstitutus: si in loco posit⁹ in artis et saturni aliqua fue-
rit radiatione pulsat⁹: patri primo mortē decernit: et generis tu⁹ aus euersionē atq; pa-
trimoniū facit toti⁹ labem. Ipsi vero qui sic eū habuerint interpellationes et molestias
plurimas et cōtrarietates et impedimenta ex maxima parte decernit. Sed bonā senectu-
tē faciet: ita vt in hac etate cōstituto lucra maxima cōferunt. Sed erit circa affect⁹ vro-
ris instabilis. ¶ In quinto loco sol ab horosc. cōstitutus faciet amabiles: honoratos:
et qui omnia facile sequant⁹: et quib⁹ cūcta amicoz presidio cōferant. Sed si sole po-
sito presens in eodē signo se veneris stella sociauerit vel de exagono cōiungerit coro-
narū largis insignia: et p̄tectarū veste decorabit. Sed et a populo honores q̄ sic sole ha-
buerint maximi cōferunt. Qd si maluole stelle cuž sole in eodē loco fuerint nihil mali
poterū decernere: nec ppetrare propter loci naturale bonitatē: sed solū filijs nocebit.
Si vero in eo loco solus fuerit inuētus: miuoris erūt he quas dixim⁹ felicitatis: et sic no-
cebit filijs et indicat perpetuas orbitates: aut ex casu filioz maxima doloris tormenta
patiat. ¶ In sexto loco sol ab horosc. cōstitut⁹ multa mala decernit: semp enī nocebit:
et graues ac lōgas egritudines faciet. Qd si sic mars in horosc. fuerit inuent⁹: actus qui
dem publicos faciet: sed infligit ei frequēter vulnera ex ferro: patrē aut faciet aut mala
morte interire: aut cito mori: aut aliqua rōne dānari. Sz et oēm substatiā varijs faciet
generib⁹ deperire. In sexto loco sole posito si in decimo ab horosc. loco. i. in medio ce-
li nulla stella fuerit inuēta: Nā si in sexto loco cōstituto q̄cūq; stella decimū locū. i. mediū

celū possederit faciet locupletes diuites affluētes: et quibus paterna successione maria felicitas cōparat. Si yō in sexto loco sole posito nulla i. medio celi stella fuerit cōstituta Jupiter vero et venus cū eodē sole in sexto fuerint inuenti: quicquid malorum decretū fuit mitigat et tota infelicitatis impedīt improbitas. In septimo loco sol ab horoscopō cōstitutus maria vicia et valitudines decernit: p̄sertim si sic sole positi mars et saturnus aliqua radiatione respererint: vel si cū eo fuerint collocati: scdm enim naturā malitiole stelle que cū ipso fuerint collocate: indicit vicia et egritudines: si mars calidas et ignitas Qd si luna cū eo vel in septimo loco sole cōstituto luna in horosc. vel in medio celi partiter fuerit collocata magnos potētes: nobiles faciet: et quib⁹ cōmittant maxime potestates. presertim si fuerit in domo sua: aut in aliquid in altitudine sua: aut in domo iouis constitutus: et si locus fortune p̄tiliter: et p̄ cōputum diligenter inuentus in aliquo cardine fuerit collocatus. Si vero sic sole et luna cōstitutis. sic etiā fortune loco collocato. Jupiter aliquā geniture cardinē tenuerit impatores: reges faciet: sed bonos beniuolos: faciet etiā duces potētes et administratores: fortes: tēperatos: efficaces: prouincias et ciuitates subiungantes. Qd si his omnib⁹ sole scz et luna et ioue: et loco fortune sicut dixim⁹: positus mars et saturnus in secundo aut in octauo ab horosc. loco fuerint cōstituti amittunt imperia et ex honorib⁹ aut administrationib⁹ suis cū dignitatis iactura deponunt: et aut ab inimicis gentib⁹: aut ab aduersarijs atq; emulis opprimum. faciet etiam ut ipsi sibi manib⁹ suis inferat mortē: sed et captiuos faciet hos eosdē aut exules. Si vero in septimo loco geniture: vel in quocūq; alio cardine collocato sole: et mercuri⁹ se in eodē loco positus iunxit: vel matutin⁹ vel vespertin⁹ litteratos faciet qui maximā ac variā literā scientiā cōsequantur. Si vero sic soli ac mercurio posit⁹ saturn⁹ se iunxit: maliciosos facit maliuolos: pessimos: et qui velint difficultiū litterarū noticiā habere: vel qui easdem ipsas difficiles litteras faciat. Si vero p̄ noctē fuerint inuenti sol et mercuri⁹ et saturn⁹ lapidarios faciet: aut pollinctores: aut funerarios: aut quib⁹ sepulchrorū cura aut custodia mandet: faciet etiā armétarios: bubulcos: pastores: equorū domitores: equarūq; pastores: porcarios: et his similia: secundū naturā potestateq; signoꝝ. Et si in nocturna genitura sole et saturni cōstitutis septimo loco: sed et mercuri⁹ et venus in eodē loco fuerint inuenti vel in duodecimo vel in sexto: et saturn⁹ cōstitut⁹ cū ipsis fuerit eunuchos faciet: et mulieres viragines: et que se nūquā virili coitu iungat: vel si se aliquā viro cōiunxit nūcōcepturas: aut edituras partū. Si yō sic his positis mars se aliquā radiatione cōiunxit: et cū ipsis fuerit inuentus: hermafroditas faciet in quib⁹ duplex se natura cōiungat. Qd si in his omnib⁹ cōstitutis luna se aliqua radiatione coniunxit: vel si cum ipsis fuerit inuenta: archigallos facient: et qui virilia proprijs sibi amputent manibus facient etiā leones et qui meretrices suis velint procurationibus elocare. Sed in sexto loco cum sole cōstituto: hec eadē faciūt si nulla stella in medio celi cōstituta istius maietie soluerit atrocitatē. Nam si qua in medio celi fuerit inuenta: his omnib⁹ sic inuentis in sexto loco cōstitutus omnia que diximus mitigant. In secundo vero loco geniture vel in quinto vel in vndecimo si mercurius cum saturno fuerit inuentus: sole cū his

in eodem loco cōstituto maliciosos facit maliuolos: pessimos in omnibus actib⁹ faciet
aut aduocatos: aut iurisperitos: aut scribas: aut exceptores: aut ortor⁹ prepositos: aut
aquařū distributores. Qd si sic his positis in his in quibus diximus locis mars se ali-
qua societate cōiunxerit: vel si cum his fuerit inuentus erunt homicidijs publicis pre-
positi: et exceptores earum sententiarum que de hominum capitibus proferuntur: aut
cornicularij: aut commentarienses: sed quibus cura committatur: aut clauicularij:
aut carceris custodes: et quibus publicarū catenarum vincula cōmittant: aut preposi-
ti carnificū: aut carnifex: et qui damnatos homines flagellis lacerare consuerint: et ce-
tera his similia. Si vero his omnibus sicut diximus in his constitutis iupiter et venus
aliqua se radiatione cōiunxerint: vel si cum his fuerint inuenti: nihil quidem eorum fa-
cient que ante diximus: nulla enim sole decernunt: cum ioue vero et venere: sacerdotes
faciet victimarios: et qui sacris presint: vel qui pecora sacra aut sacris aut religionibus
destinata pascunt: vel qui in templis aliquo fungunt officio: aut qui de templis maxi-
ma munera consequant. Sed he omnes stelle quas diximus etiam in duodecimo lo-
co partiliter constitute hec eadem simili ratione decernunt. Sed hi ipsi homines tar-
diōres: sed et his omnibus in quibus fuerunt collocati: et glorias habebunt et principa-
tum. Sed et in vndecimo loco constituti homines si alia stella sicut ante diximus in
medio celi fuerit inuenta hec eadem simili ratione decernunt. Qd si in septimo genitu-
re loco vel in quoctūg̃ alio cardioe solus sol cum marte fuerit inuentus: vel in secundo
geniture loco vel in quinto vel in octavo vel in vndecimo dabit ex igne et ferro et que-
ex aliqua duricia fabricentur. Sed in cardinibus sol et mars pariter constituti perpe-
tua hec artifacia decernunt. Tu octavo sol ab horoscopo constitutus patrem cito fa-
ciet interire. Si vero cum eo mars aut saturnus fuerint inuenti: aut de diametro ei op-
positi: aut de quadrato coniuncti: faciet alienos: deliros: aut cardiacos: aut freneticos
sed secundū naturam signorum hec valitudinum vicia decernuntur. Si vero in octa-
uo loco posito sole: in diametro luna fuerit constituta nondum soluta coniunctione
sed plena lumine: sed et si cum eo synodiaca in octavo loco fuerit inuenta. Saturnus
vero et mars per diametrum vel simul constituti pariter: vel si se illis quadrata radia-
tione coniunxerint valitudines et debilitates maximas facient. Nam caput maliciosis
humoribus onerant: et ex humorum statu perseveratione qui circa caput collecti fue-
rint: facient caducos et lunaticos: aut assidua interceptione deficere: faciunt etiam
aliena verba proferre: aliorum humeros graui iactura debilitant: alijs maculas: le-
pras naptegines: thysim: hydropen: alios elefantiacos faciunt: alios claudos: alios
gibbos: alios paraliticos: aliorum maximas partes amputent corporis. Sed hec se-
cundū differentias signorum atqz naturam omnium decernunt. Nam similia faciunt
in secundo ab horosc. loco et in sexto et in duodecimo et in octavo sicut dixim⁹ constitu-
t. Qd si sic oībus sicut dixim⁹ positis iupiter se et ven⁹ aliqua radiatione se cōiunxerint: vel si
mul cū ipsis positi: vel si trigonica eos radiatione respererint: vel si lune se cōiunxerint:
he omnes valitudines quas diximus: tales erunt ut mederi et curari possint. Sed et si

sic beniuolis stellis collocatis iouē sc̄z venerē maliuola stella cōiunctionē lune venientis excepereit: vitiū quidē atq; egritudo ppetua erit. Sed t̄ diuinitatis alicui⁹ prouiden⁹ia valitudinis acerbitas mitigat. Qd si his oib⁹ sicut dixim⁹ collocatis mercurij se coninxerit stella: aut cū ipsis posita: aut in exagono collocata valitudines istas quas diximus aut remedio aliquo aut cantationib⁹ cōpescet aut mitigabit: aut ob nefariā his remedijs ab incursu valitudinū liberent: presertim si luna ioui se cresces aut veneri in muta luminū cōiunxerit. Qd si in ista stellarū dispositione quaz exposuim⁹ lune semper mercurij stella se cōiunxerit: t̄ cū eodē collocato a beniuolis stellis vel de trigono: vel de exagouo radiata fuerit: ad deos cōfugiūt: t̄ illic manebūt ab ipsis remedia postulātes. Qd si luna se mercurij stelle cōiunxerit sic sole t̄ saturno t̄ marte: sicut dixim⁹ positis. Jupiter v̄o t̄ ven⁹ in aduersis t̄ deiectis locis fuerint inuēti insanos: lunaticos: demoniacos faciunt: t̄ qui ex his vicijs ppetuis calamitatib⁹ implicent: ita vt biothanata morte depereant. ¶ In nono loco sol ab horosc. cōstitut⁹ fabricatores facit: vel cultores deorum: diuinorum simulacra: vel ornatores deorum: vel fabricatores tēploꝝ: aut hymnologos t̄ qui laudes deorum cū lactantia t̄ ostentatione decantēt. Ex quib⁹ rebus t̄ gloriam: t̄ honores habebūt: facit aut̄ sic sol positus patrē felicē. Sed t̄ ipsi t̄ patri ei⁹ varias vite mutationes multiplicesq; decernit: t̄ si beniuola stella sic sole posito in anafora medio celi fuerit inuēta: in peregrinis locis cōstitut⁹ augmēta felicitatis maria cōsequēt. Si v̄o in hoc loco maliuola stella fuerit inuēta multa incōmoda in peregrinitate patiet: t̄ pegre cū dolore moriet. ¶ In decimo loco sol ab horoscopo cōstitut⁹ ptiliter in diurna genitura. i. in medio celi in domo sua: aut in domo iouis: aut in ea parte in qua erat alta faciet reges quibus a patre trādat imperiū: aut duces quib⁹ hoc honoris filii modo paternis tractat⁹ honorib⁹ cōferat: aut administratores aut cōsules t̄ p̄cōsules: sed quib⁹ hoc ex pte dignitatis merito deferat. Qd si sic sole posito mars aliū geniture possederit cardinem: regna: ducatus: administratus: cōsulatus: procōsulatus: per pericula t̄ per pugnas: sed per inuidiā cōsequēt. Qd si sol in medio celi in his signis in quibus dixim⁹ partiliter fuerit inuētus: mars v̄o in occasu. i. in septimo geniture loco fuerit cōstitut⁹: t̄ luna in alio cardine geniture plena luminib⁹ martē respererit. i. aut i. horosc. posita aut in medio celi facit eū qui natus fuerit: siue rex siue dux siue cōsul siue proconsul siue administrator: exulem captiuū. Sed t̄ sol sicut dixim⁹ in medio celi si fuerit collocatus: mars vero in secūdo horoscopo loco vel in nono fuerit cōstitut⁹: t̄ luna p̄ dia- metrū: vel per quadratū martis excepereit radios: vel cum ipso pleno fuerit lumine constituta simili modo hos eosdem quos dixim⁹ biothanatos: exules: captiuos facit. Qd si sic sole sicut diximus posito: mars alienus ab his locis fuerit que diximus. Jupiter vero in cardinib⁹ fuerit inuentus: aut in cathaforis: t̄ luna aliquę geniture possederit cardinem: plenariaq; se luminibus iouis radiationibusq; coniunxerit hos eosdem reges aut duces faciet potestatē suam per spaciū toci⁹ orbis extendere. Platice v̄o sol in eo signo cōstitut⁹ in quo est medium celi nobiles parētes faciet: honestos: presertim si sic sole positi beniuola stella aliqua radiatione respererit. Admiuuunt aut̄ hec si sic positi sole maliuolū fidus impedit. Sed generaliter sol in omnib⁹ cardinib⁹ partiliter

cum mercurio constitutus literatos faciet: disertos: et varijs litterarū studijs oratores:
vnde varij actus et maxima quedā decernit disciplina. Erunt autē isti qui sic habuerint
solez et mercuriū si se illis iouis stella coniunxerit: litterarū gratia et magisterij cum regib?
constituti. Sed hec etiā mercurius facit: si longe a radijs solis fuerit inuenitus: et si sic eū
positū in inuidia martis ac saturni iupiter et venus bona radiatione respererint. ¶ In
vndecimo loco sol ab horosc. constitutus felices facit ac nobiles: et quoꝝ patres maximo
honoris splendore decorent. sed pcessu tuis augmenta felicitatis et dignitatis accipiēt
Dec aut̄ maiora erunt via si sic positum solem iupiter aut simul cum eo collocatus: aut
trigonica radiatiōe respererit: aut si venus cum ipso matutina fuerit inuenta: aut si ex
agano matutina respererit. Nam hec oēs dignitates amicoꝝ illis gratia conferunt. Si
vero sol in vndecimo loco geniture fuerit inuentus et maliuole stelle cū ipso fuerint: aut
aliqua illi radiatione coniuncte: nihil quidē actib? negat laborib? impedit. sed soli filioꝝ
loco acerbi decreti pseuerantia nocent. ¶ In duodecimo loco sol ab horosc. constitutus
ignobiles: et freqnter seruos: et captiuos faciet: et patris citā mortez: et totius patrimonij
iacturā decernit: etiā vitā et egritudines graues. Sed et si beniuola stella cū sole in eodē
loco fuerit inuenta: nihilomin⁹ maxias ignobilates faciet. Si vero maliuola stella in
hunc cū sole fuerit inuēta ppetuas egritudines et vitia maxia decernit: et ppetuas fuitutes

Venus



CSignificatio veneris in signis.



Enus si domina geniture fuerit effecta: facit hoies delectabiles: letos vocabiles: assiduo luxui vacantes: amabiles: gratos: venustos: amatores: libidinosos: pios: iustos et apud quos integra et incorrupta necessitudo auctie permaneat. Corpus vero eorum erit longum candidum: habebunt oculos gratos: venustatis splendore fulgentes: spissis capillis: aut molliter flexis: aut gradata pulcritudinis venustate componit: aut crispus crinum facit robustis conatos equales: multo potu gaudentes: modicū sumentes cibū: et qui semper venereos coitus crebro cūdicitatis ardore desideret: et qui omnes cibos facilime digerant: et in omni sane vita nobiles: mundi: et quorum vita: animus: et institutus musicis semper delectationibus inherescat. sed hec pro signoz ac locoz qualitate cūcta decernit. facit enīz in delectus locoz posita et geniture dñiuz fortita organarios: pictores et qui integras corporoz similitudines pingant. In principalibz aut geniture locis posita faciet claros et diadematibz: aut aureis coronarij insulis ornatos: sacrarū disciplinarū reptores: et viros mulierū: et mulieres viroū bonis affectibus obligabit. Sed vespertina mulieribz opitulaſ. matutina vero viris: hac ex causa informe numen veneris esse dixerunt. facit enim secundos et multa sobole gaudentes: et quibus a filiabz maxima leticia conferat. sed vitia facit circa naturalia et necessaria. mortes vero notas glorioſasqz decernit. sed et huius sideris mixturas cum habuerit dñiuz sicut ceterarū stellarū diligēti debemus inquisitione colligere: cōditionis etiam potestatē. Nam si in nocturna genitura in quinto ab horosc. loco: vel vndecimo: vel in horosc. vel in medio celi fuerit inuenta: vel in domo sua: vel in altitudine sua: vel in finibz suis: et a deficiente luna dñium accepterit: et eam iupiter bene positus trigonica radiatione respiciat: vel si luna ad eam sine testimonio saturni feratur minuta luminibz laureas protextas: et consularium fascium decernit insignia. Si vero istaz coniunctionez trigonica radiatione mars respererit cū istis honoribz etiam insignē potestatis licentia: per consulaire largitur imperium: p̄sertim si mars in domo sua: vel in domo iouis fuerit inuentus: vel in finibz suis: vel in finibus iouis: vel in altitudine sua: et si venus a solis radijs fuerit liberata. Qz si sic venere collata mercurio: aut in domo sua: aut in finibus suis: aut in altitudine sua: aut in domo veneris: aut in finibz veneris fuerit inuentus: et sit in opportunitis geniture locis positus. Si vero fuerit diurna genitura decernit quidez nihilomin⁹ varia: sed hec oia quacūqz ratione debilitat. Si vero fuerit in nocturna genitura positus: vel opportunis in locis: istam coniunctionē maligna radiatione pulsauerit: deficientisqz lune radios aspererit totum quicquid ante promissius impeditur. Si vero venus dñium nacta in deiectis vel pigris locis fuerit inueta: in saturni loco vel domo vel finibz etiā saturni in geniture cardinibus posita per noctē ad saturnū minuta. per diez vero ad martē feratur plena

luminibus faciet impuros: libidinosos: et qui assiduis calamitatum casibus implicitent: et qui ex ipsis amorum cupiditatibus pulsentur infamia: vel qui propter illicitas cupiditates: vel adulterij crimen publici discriminis periculis implicentur: et fiant propter hoc famosa morte bithanati. presertim si his sic positis mars in occasu geniture posse: ve
nerem inimica radiatione respiciat.

C Significatio veneris in xij. domibus.



Enus in parte horoscopi partiliter constituta. si per noctem in hoc loco fuerit: diuinis ingenis homines faciet: amicos imperatorum aut potentium reddit: et quibus imperatorum ac magnoꝝ virorum negocia credantur. faciet etiam oratores maximos et bonos fmnaturam qualitateꝝ signorum. Si enim in humanis signis partiliter in horoscopo fuerit inuenta faciet sacerdotum principes: et qui in ipsis sacerdotiis purpureis aut auratis vestibus induantur: et qui futura predican. faciet autem gratos: venustos: diuites: si nulla maliuola stella sic posite veneri aliqua se potestate radiationis obiecerit. Si vero in his quibus diximus signis partiliter venere in horoscopo constituta mercurij se stella coniunxerit: et cum eadē furit in eodez signo: et hisdem partibꝫ partiliter collocata coronatos faciet atqꝫ insulis coronari. faciet etiam tales musicos ut omnium admiratione laudentur. In constantibus vero signis et que modice sunt vocis possita in nocturna scz genitura: faciet multiplici studio venatores: amicos imperatorum: facientes aliquid tale: et inuenientes quod ad venias regias pertineat. faciet etiaꝝ prepositos voluptatum: sed earum que ad delectationem regiam preparantur: accipientes annonas ab imperatore mari mas. sic autem ex prestatione annonarū maxime illis diutie conferatur. In terrestribꝫ vero signis aut in aquosis constituta faciet tales homines qui odorū pigmenta faciat aut qui magnificas vestes texant: aut tintores maximos perficiet. In quadrupedibꝫ vero signis sicut diximus constituta faciet nobiles: gloriosos: bonos amatores pecorꝫ et regis animalibus prepositos. Si vero in diurna genitura in horosc. partiliter fuerit inuenta faciet infames: libidinosos: impuros. erunt etiam linteones aut pluviatarum aut colorum inuentores atqꝫ tintores: aut caupones: aut tabernarij. sed si sic venerez per diem positā saturnus ex aliqua parte respererit faciet molles cinedos: et qui se dulcibus actibus dedant. Sed si sic in horos. venus constituta in prima etate dabit vxore faciet autem saturn. si sic positam venerem forti radiatione respererit aut spadastros: aut textores: aut pigmentorꝫ inuentores. Qꝫ si sic venerem positam iupiter bonaradiatione respererit regis textrinis faciet p̄positos. **C** In secundo loco venus ab horosc. constituta: si in nocturna genitura sic fuerit inuenta: faciet magnarū artium inuentores et affluentia copiosos. sed qui frequenter pulsant infamia: et quibus gradatim felicitas offeratur: et gratos: amenos in veneris cupiditatibꝫ. Si vero per diez in hoc loco fuerit inuenta: maximas triquetas: et tardas nuptias decernit. causas etiaꝝ cum aliq semina dicat. quidā etiā repentinis uxorꝫ mortibꝫ viduant. Si vero sic positā venerez: aut sol: aut saturno p̄ q̄dratū aut per diametrū respererint: vel cū ea positifuerint faciet steriles

et circa veniereos actus inefficaces: et qui nunqz ducant vxores: et qui semper puerorum
amoribus implicentur. sed hec fortius decernuntur mala si in diurna genitura sic ve-
nus fuerit inuenta in domo saturni vel martis vel mercurij vel in finibus eorum. ¶ In
tercio loco venus ab horoscopo constituta bona erit si eam iupiter aliqua radiatione
respicerit. accipiet enim vxorem de templo, vel sacerdotis filiam. Sed si cum venere
vel mercurij stella fuerit luna: erint etiaz ipsi prophete neocori: aut prepositi templis et
religionibus. ¶ In quarto loco venus ab horosc. constituta per diem id est in medio
celi iacturam maximam patrimonij faciet: et astidas viduitates: et tales reddit qui diffi-
cile possint aliquid impetrare. sed et cum mercurio fuerit partiliter radiatione coiuncta
adulteros facit frequenter scoemen propter malas administrationes: vel publicas vel
privatas proscribi facit. Si vero per noctem in hoc loco fuerit inuenta: processu etatis
laudes faciet magnorum virorum amicos: et plenos gratia et decentes. In iuentute
vero. i. in prima etate honestos quidem et quibus nihil desit: sed virtus quodam mentis
implicatos fin propriam signi naturam atqz substantiaz. In tropicis enim signis con-
stituta aut in duplicitibus: viduitates decernit et dannata: et causas propter mulieres aut
mulieribus excitatas. In solidis vero signis constituta morigeras decernit vxores: et
qui ab his maxime diligentur: et quibus gloria et patrimonia a mulieribz conferantur:
amoto signo aquarij. Nam si venus in hoc signo fuerit inuenta in quarto ab horoscopi
loco et luna aut de quadrato: aut de diametro eam respicerit: vel si cum ipsa sit collocata
facit steriles et qui filios creare non possint: et qui se nunqz possunt coniugalibz affectibz
copulare: et qui puerorum semper coitu gaudeant. ¶ In quinto loco venus ab horo-
scopo constituta faciet bonos: benignos: et quicquid facile volunt impetrant: faciet etiam
coronari infulis et coronis. Si iupiter eam aliqua radiatio respicerit famosa: vel quo-
dam honore nobilitatis. Si vero cum ea fuerit mercurius collocat: augmenta vite p/
motionis. sed cum maxima largitur infamia. Facit aut in omni congressione victores: et
quibus gratia victoriarii premia offerantur: in omnibus potentes: et qui semper futura
prenoscant: natos potentibus viris: et quibus a mulieribz: aut ab uxoribus patrimonia
maxima offerant: vel qui praesidio aut patrimonio mulierum aut uxor ad maximos veniat
gradus dignitatis: sed processu tuis oia eis plena atqz perfecta tribuunt. Si vero crescetis
lune lumen excepit: et crescens luna se ei iunxit: cum magna inuidia administrationes
et glorias sequent. sed certos reddit: et ab omni mendacio separatos: et qui nec de veris
rebus iuris iurandi necessitate aut dare: aut accipe velint. Sed cum uxoribz faciet si sic
cum luna venus posita sit. propter quasdam suspiciones tentiosas iurgiorum afflictiones
iurgare. ¶ In sexto loco venus ab horosc. constituta per diem et noctem ignobiliores
dabit uxores: aut viduas: aut debiles: et nunqz morigeras viris. si nulla stella in medio
celi fuerit inuenta. Si vero mulier in sexto loco geniture sue venerisstellam habuerit col-
locatam: magnas difficultates: et magna pericula patiet ex partu. Aut enim aborciat
frequenter: aut difficile edet partum: aut intra viscera dilaceratum eis pecus a medicis
proferatur. Si vero in sexto loco venus constituta in nocturna genitura aliqua stellam
in medio celi fuerit inuenta faciet gratos: decoros: cuius uxores morigerantur: etiam

quibus ab uxoribus felicitas conferatur: et omnia quecumque voluerint consequentur. Si vero aliena venus a cardinibus fuerit constituta: et maluole stelle que in cardinibus constitutam lunam forti radiatione possederint: et eos qui nati fuerint expositos a parentibus faciet: statim faciunt. ¶ In septimo loco venus ab horoscopo constituta: si in suo signo per noctem fuerit inueta felicem reddit senectutem. tardius autem dabit uxore et difficile filios decernit eis qui sic habuerint venerem positam. Faciet autem de rebus veneris matrimonis infamijs laborantes sive naturam equitate signi. Si enim hunc locum tenerit in tropicis signis constituta: vel squamosis aut erraticis: et cum ea mars fuerit: aut se illi per diametrum aut quadratum forti radiatione coniungerit: facit impuros: libidinosos infames. Si vero sic positam cum marte venus in his in quibus diximus signis alia saturnum radiatione respererit id est aut per quadratum: aut per diametrum: aut simul positus: mulieres que sic habuerint venerem cum hac stellarum societate impure: et impudice: cum mulieribus coibunt libidinis causa. sed hec vitia erunt fortiora si in capricorno vel ariete hec se stellarum mixtura coniungerit. ¶ In octavo loco venus ab horoscopo constituta in diurna seu genitura tarde dabit uxore: et cum dederit: dabit aut degenerem: aut viduam: aut sterilem: aut graui feditate deformem. sed et si mercurius cum ea fuerit: simul cum mercurio venerem in hoc loco positam maluola stella respexerit: vel per quadratum: vel per diametrum: vel si cum ipsis in hoc loco fuerit inuenta: omne eius qui natus fuerit patrimonium dissipat: vel qualicunque proscriptione nudatur. mors ergo illi per gomorream. i.e. per defluctionem seminis aut contractionem: aut per spasmum: aut per appolexim fertur. Si vero per noctem in hoc loco venus fuerit inuenta diuites facit: et quibus morte mulierum magnarum felicitas conferatur. Mors vero illis cito et sine dolore: et sine aliquo tormento decernitur. ¶ In nono loco venus ab horoscopo constituta in diurna genitura: faciet eum qui sic habuerit veuerem assidua cuiusdam demonis interpellatione pulsari. facit autem in templis manere sordide: et sic semper incedere et qui nunquam tondeant comam: et qui aliquid velint quasi a deo dictum hominibus numerare: quales solent esse in templis qui vaticinari consueuerunt. reddit etiam sic positam venus somniorum frequenter interpretes. Sed hec fortiora erunt si sic positam venerem saturnum aliqua radiatione respererit. Si vero in nocturna genitura hoc loco fuerit inuenta faciet diuinos deorum cultores: et qui sacris ac religionibus studeant. Quibusdam vero officia aut dona largitur ex templis. Si vero per noctem sic venus constituta mars et saturnus de diametro: vel de quadrato: vel simul positi ei se coniungerint: faciet mulieres exagitari ut cum mulieribus grauis infelicitas conferat: et quibus semper mulieres ingrate sint. prout si cum ista stellarum societate in tropicis signis fuerit inuenta. Si vero sic positam venerez de trigono vel de exagono iouis stella respexerit: vel cum ea fuerit inuenta faciet mulieribus adamari. faciet venustos: gratos: et qui omnia facile consequantur: et qui in re darentur uxoris. Alij enim curam mulierum suscipiunt: vel mulierum procuratores existunt. Alij sic habentes venerem in palatiis regum: vel in potentiis virorum domibus ob fabricationes harum rerum que ad cultum sunt mulierum necessarie perseverant: grati semper ex his necessariis propter has res promotoribus aliquibus

adornantur: et ex his rebus augmenta patrimonij maxima consequentur. Si vero sic posita venerem mars in diametro constitutus: vel in quadrato respererit. presertim si ipse sit in cardinibus constitutus inimicos habebunt: videbunt etiam graues mortes filiorum erunt etiam inimici filiorum aut adulterii aut stupri causa. Si vero sic posita venerem cum iouis stella mercurius de quadrato respererit: vel saturnus solus in diametro venierit vel fuerit inuenitus: mercurio in quadrato vel cum ipsa constituto: vel si simul saturnus et venus cum mercurio fuerint constituti: in hoc scilicet quo diximus loco: faciet steriles sine semine: puerorum amatores: libidinosos: et propter hec vitia in homicidiis: aut periculis: aut criminibus constituto. Si vero mulier sic habuerit venerem sicut diximus cum hac sex coniunctione stellarum: viorum actus semper imitabitur. In decimo loco venus ab horosco. constituta. i. in medio celi: faciet claros: et coronatos: et quibus grandis gloria et fortuna maxima conferat. Si vero hoc loco cum mercurio fuerit invenientia: faciet chordarum et instrumentorum cordatos: discipline auctores: et quicquid voluerint facile consequantur. Si nulla saturnus et mars se ei radiatione coniungerint: ipsa vero sit matutina: facit publicos musicos: et qui a philosophis honoratur. Si vero eis saturnus aliqua radiatione coniungerit faciet infames: et in his quibus diximus profiteretur artibus secundos: et qui nunquam sibi vindicent principatum: qui res suas alienae tutioni committent. Si vero sic posita venerem mars fortis radiatione respererit: aut si cum ipsa fuerit: faciet infames: famosos. Si vero mulier sic venerem posita habuerit impura libidinosa et ad omnium exposita voluntatem: et meretricis actibus semper implicata: quod propter necessitatem vite in meretricio vel lenocinio prostituat: sed et sim qualitate substantiamque signorum hi actus perficiuntur. In erraticis enim signis: aut in tropicis: aut in saturni dominibus: aut in squamosis sicut diximus collocata tales mulierem reddit. In his vero signis sicut diximus venerem si vir habuerit constitutam: infamis erit in infinitum: et qui res impuras multiplici ratione committat. Sed ut diximus in his signis: et cum ista stellarum societate venus posita: ita ut non in feminino signo fuerit inuenientia: et luna per quadratum vel per diametrum crescens lumine: simil modo etiam ipsa in feminino signo constituta martem respererit: faciet eunuchos: aut abscissos: archigallos: aut hermofroditos: et qui semper non agant et patientur que mulieres pati: frequenter preposteriori libidinum ardoribus citate. In undecimo loco venus ab horoscopo constituta: si vespertina fuerit: et eam sic collocatam mars et saturnus aliqua parte respererint: faciet steriles et qui generare non possint: et qui difficile nuptias adipiscantur: et frequenter puerorum amatores facit: aut mulierum scenicarum: vel qui publicis mercimonij presint. presertim si sic posita in tropicis signis fuerit constituta: sed circa substantiam gradatum crescentes: et quibus augmenta horum etiam patrimonia: amicosque presidio conferantur: gratos tam et venustos faciet: et si sic posita venus coniunctione lune venientis acceperit: faciet locupletes: diuites: maxime potentes etiam glorie: et quibus magnarum potestatum cura mandetur: interdu nobilium ciuitatum faciet decem primos. Si vero matutina in hoc loco fuerit inuenientia: et simil modo coniunctione lune venientis exceperit. A prima etate facit potentes: et quibus a prima etate potestas aliqua committit.

tatur: ita ut magnis viris aut imperatoribus fides amicitie merita coniungant: et qui semper usque ad ultimum diem vite gratia venustatis ornantur. Et fortiora hec erunt si sic Veneri et lune in hoc loco positis mercurius se aliqua radiatio coniungerit: vel si cum ipsis in eodem loco fuerit constitutus. In duodecimo loco venus ab horoscopo constituta: si in nocturna genitura sic fuerit inuenta: faciet mulierum causa assiduo tristie dolore cruciari. Si sic positam mars et mercurius forti radiatione respererint. faciet enim ab ancillis libidinis causa frequentes infidias fieri animi estu: sed decernit instinctu libidinis turpis amoris incendia. Alij vero ancillas sibi matrimonio coniungunt. Alij sibi publicas meretrices genitalis thoracis copulatione consociant: ex qua causa etiam filiorum soboles denegatur. Per diem vero in hoc loco posita mulierum causa nece vel male mortis decernit atrocitatem secundum naturam qualitatemque signorum. Habet enim hec stella varias: sed que difficile inueniri possint decernendi potestates. Sicut autem in imaginibus artifex pictor liniam et membrorum et varia mixturarum diversitate persignat: et temperatis coloribus certam corporis formam imitatione facit similitudine corporali: sic et stellarum coniuncta radiatio: societatis consensu pariter temperata vim quandam vicissim ex coniunctis sibi potestatibus mutuatur: et substantiam sibi ex diverso ignium calore collatam: fata hominum ad picture modum equata societatis moderatio depingit. Nam sic hoc esse quod dicimus: istis rationibus comprobatur: Veneri sicut diximus collocate si saturnus aliqua radiatione se coniungerit: animos facit peruersis vitiis implicari: et ad nullos actus reddi necessarios: presertim si ista coniunctio Veneris et saturni in nocturna genitura fuerit inuenta. Si vero sic posita ioui se radiatione coniungerit ab incursu precedentis malicie liberatur: maxima enim largitur bona. Nam et patrimonij augmenta proprijs actibus consequetur: et erunt ab omni vietiorum labore sepositi. si tamen sic constituta Venerem cum ioue de diametro luna nullae radiatio respererit. Quod si in diametro luna fuerit inuenta faciet infames libidinosos: aut puerorum amatores: et ex coitu mulierum sudarios facit graui infamie pulsari decoro: ex incestis enim et stupris ex ista commixtione graues decernuntur infamie. aut enim cum sororibus: aut nouercis: aut filiabus: aut fratribus coire coguntur. Sed nihilominus ex isto incestu lucra illis maxima obueniunt: et confertur aliquod meritum dignitatis. Sed et semper venus cum luna simul posita: aut de quadrato coniuncta: aut amoris illecebras: aut infamie labem prona felicitate decernit: aut acerbis animi vitiis implicant: aut facit impura: aut libidinosa cupiditate preposteros: aut ex incestis amoribus graui pulsat infamia. aut enim sicut supra diximus cum sororibus coeunt: aut cum aliis a genere: duas tamen sorores stupro sibi cogente coniungunt: aut cum filiabus coibunt: aut cum matribus: aut cum nuribus: aut cum priuignorum viroribus: aut circa fratrum virores virtus libidinose cupiditatis ardebunt: aut cum matribus: aut cum nouercis: coibuntur aut cum affinibus: aut cum sororibus: aut cum sororum filiis. Si vero mulier sic Venerem habuerit collocatam faciet libidinosam: et quae pmiscens amoribus voluptatis implicitur.

Sed semper infamie labe possessam: et incestis amoribus estuantez: et ipsa enim aut cum fratribus suis coabit: aut cum filiis: aut cum parentibus: aut cum patruorum filiis: aut cum filiarum maritis: aut cum patruis: aut cum priuignis: aut affinibus: aut duos fratres ad vnam lecti libidinem deuocabunt. Alias vero mulieres facit viriles actus appetere. Sed hec tunc fortiora erunt cum luna isti traditioni coniuncta in tropicis signis vel in erraticis vel squamosis: vel in biformibus ista quam diximus fuerit radiatione composita que fortiora et vehementiora erunt: si sic ambas id est lunam et venerez sicut diximus positas: vel lunaz de duabus: mars aut saturnus de diametro vel de quadrato viderint: aut cum vna ipsarum de duabus fuerit collocatus: vel si ista societate iuncta luna pariter et venus: vel ista radiatione composite in domum martis vel saturni fuerint collocate: vel in mercurij signis simul fuerint: aut vna de duabus in mercurij signo collocata: alia tali qua diximus radiatione respexerit: in vespertino ortu venus constituta Sed nocturna genitura in bono constituta signo si se marti prospera radiatione coniungerit: bona felicitatis incrementa decernit. Potentes enim et gloriosas potestates facit: et honorum maxima largitur insignia: et locupletum facultatum diuitias largitur Quod si per diem marti se ex quacunqz radiatione coniungerit: multorum ac magnorum malorum infortunia decernit. Gaudet enim per noctem si se luna marti mercurioqz coniungerit: et tunc homines maxima felicitate nobilitat. quotiens in nocturna genitura fuerit cum his bona radiatio coniuncta. Si vero cum sole in hoc loco in quo loquimur venus fuerit: iniustissimam eam fore oim prudentium responsionibus constitut. Male enim constituitur venus si cum sole collocata fuerit. Non enim gaudet solis sociata luminibus: et quicquid in rebus humanis malum videtur ac miserum hoc totum hominibus cum sole posita decernit. Gaudet vero retro solem collocata id est matutina: tunc quicquid boni cum bonis posita decernit: fortiora felicitatis crescent augmenta. Si vero domina horoscopi fuerit inuenta: et ipsa totius geniture domina fuerit: vel si ipsa decreuerit vitam in bonis signis vel opportuniis geniture locis collocata: maximam vite largitur etatem. Si vero dator vite vel geniture: vel horoscopo domino in diurna genitura restiterit: et ex eo tempore vite quod decretus fuerit minuit annos octo et vitia: sic posita decernit: sed talia que non graui maculantur infamia.



Significatio Mercurij in signis.



Mercurius si dñs geniture fuerit faciet cordatos: inge-
niosos cūcta discentes: modestos omuiū artū secreta
discere cupientes: & si in domo quidē sua fuerit inuen-
tus cū geniture domiuia fuerit sortitus: vel in fiuib⁹ suis
vel in altitudine sua: vel in domo veneris: & si trigonica
se radiatione formauerit: faciet poetas: oratores: afflu-
entia grati sermonis ornatos. In lune vō domo si fue-
rit inuentus: faciet facundos & quoꝝ sermones gratiā
cōsequēnt. Si aut in saturni domo: vel in fiuib⁹ eius
fuerit inuentus: & cum eo iupiter & venus bona radia-
tione respiciant: & aut iupiter aliquē geniture possede-
rit cardinē: vel in tercio ab horosco.loco fuerit: faciet
quibusdā religionib⁹ deditos: & secretarū ac magicarū

artiū scientes: mathematicos: astrologos: haruspices: et qui oīuz religionū: et celi ipsius
secreta disquirant: et quibz legationū credunt officia: et amātes fratres: et qui cupiat affi-
nes suos fido necessitudinis auxilio protegere: et qui iura amicitie arcissimis vinculis
astringant: iustos: religiosos: et ab omni profusionis labe sepositos: et qui firmi cōfiliij ra-
tione cūcta perficiant. Si vero mars se ei qualibet applicuerit radiatione: vel si de qua-
drato respererit et sit mercuri⁹ in tercio geniture loco in humanis vel vocalibus signis
iouis testimonijz adornatus: ioue in horos. vel in medio celi partiliter constituto faciet
aduocatos: oratores: procuratores: quoz ingeniu⁹ vita fulgeat licētia potestatis: et euā
oīa facit eū proprijs viribus optimere. Si vero saturn⁹ istā cōiunctionē in optimis geni-
ture locis positus in nocturna genitura respererit faciet insidias: pericula: accusatiōes
discrimina: et popularis inuidie crīmē annectit. Quod si sic saturno inspiciente: mars in
occasu fuerit inuentus: et plenū crescētis lune lumen exceperit ob maleficia et ob illicita
sacra: et ob adulteratas pecunias publice accusatos facit gladio interire. **M**ercuri⁹
vero dñs geniture cū fuerit faciet semp̄ corp⁹ modicū et gracile: et quos facientē palloz
inficiet: oculos vero ornat pulchritudinis honestate: erūt sane modicū cibū: potūq; su-
mentes: et quibz omniū scientia litterarū cōferat: et qui ppter litteras: et propter docti ser-
monis ornatū assiduis soleat legationibus fungi: et quos secretorū ac religiosarū litte-
rarū archana delectent: facietq; magistros aut grāmatice artis: aut oratorie: aut phisi-
carū litterarū interpres ac magistros: et qui oīa negociationis officia faciliter rōne per-
tractent: accipiētes pariter et dantes. et exhibentes facile cōmertiū: erūt sane in omni ne-
gociatiōe solliciti: vtilez et qui substātie facultates suis viribz colligant: patress familias ab
omni luxuriarū sepositi voluptate: iusti sibi vacantes: et a cōuersatione publici strepitus
sepati: et qui oīes religiones quadā trepidatione suscipiat. Si vero valitudinis ac vicio-
rū possederit locū et maliuolarū stellarū fuerit minaci radiatione cōstitutus: humoribz
vicia decernit: et si luna fuerit male collocata aut spaticos: aut lunaticos: aut caducos
facit: et mors illis aut ex aquis: aut ex humoribz semp̄ infert.

Significatio mercurij in .xij. domibus.



Mercurius in parte horosc. partiliter cōstitutus: in his in quibus gaudet
signis: in diurna genitura facit philosophos: grāmatice artis magistros:
aut geometras: aut celestia sepe tractantes: aut qui ad hoc apti sunt: vt
deorū presentiā intueri possint: aut sacrarū litterarū peritos: facit etiā fre-
quēter oratores et aduocatos: p̄sertim si in hoc loco vel in suis signis: vel
in ceteris vocalibz signis fuerit inuentus: Qd si sic mercuriū sol aut saturn⁹
aut itipiter in diurna genitura respererit magnos viros faciet: qui sacris et gloriosis sce-
matibz coronent: facit etiā tales vt illis maxima imperatoz negocia credant. Quod si
sic positi mercuriū de quadrato: vel de diametro mars respererit: ita vt cū ipso partili-
ter in horosco. fuerit inuentus: cum qui sic natus fuerit multiplice malorū cōtinuatio-
ne prosternit. Neq; enī definiri aut designari possunt mala: que ex ista mercurij ac mar-
tis cōiunctione proueniūt. Si vero sic positi mercuriū mars de trigono respererit: facit
hominē bonis ac p̄speris occupari actibus. Si vero sic mercurius partiliter in noctur-

na genitura in horoscopo fuerit inuentus diuinis sensib^z facit: z qui omnia que volunt fa-
cilius semper rationibus cōsequant^r. Reddet etiā honestos moribus: z graues rōni-
bus: facit etiā prepositos aut cōdictionū: aut frumētorū: aut vētigaliū: aut negotiatio-
nū: aut mensarū: aut feneratiōnū his negocia tractatēs. Reddet etiā sic per noctē col-
locatus imperatorū aut potentissimorū iudicū frequenter interpretes. Sed hec omnia
secundū differentiā decernit: qualitatēq^z signorū. ¶ In secundo loco mercuri^v ab ho-
roscopo cōstitutus: si in matutino ortu fuerit inuentus faciet homines obscuros scele-
rate mentis: alienos ab scientia litterarū: z qui sint ab omni vite subsidio destituti. Si
vero in hoc loco vespertinius fuerit: z sic in nocturna genitura faciet veneratores nego-
ciatores: aut qui alienarū curaz rerum procurationēq^z sustineant. Si vero in diurna
genitura sic fuerit inuentus: faciet pilalogos: aut laboriosarū litterarū peritos: z qui na-
turā suā noluit ceteris hominibus comparare. Affectabunt etiā ad omnia que illis
nulla magisterij tradidit disciplina: faciet sane miseros inuita: z qui se semper vario an-
gustiarū genere conficiant. Si vero sic positū mercuriū aliqua iupiter radiatiōne respe-
xerit: vel si cum eo fnerit inuentus: z luna se illis bona coniunctione sociarit: faciet ma-
gnis ac famosis locis preponi: sed qui nō habeant potentiam principalem. Sed in ipsis
actibus alienē potestati subiaceant: faciet autē magnis rationibus p:epositos: reddet ta-
les qui etiam facultates regias posita dispositione sistent: z qui omnes redditus re-
gias thesaurosq^z sue habeant fidei dispositioniq^z cōmissos. Sed hec eorum felicitas
breui temporis spacio finiet. ¶ In tercio loco mercurius ab horoscopo cōstitutus fa-
ciet sacerdotes: magnos archiatros: mathematicos: sed per se inuenientes atq^z discen-
tes quicquid illis nō est alieno magisterio: faciet autē chordatos felices: z qui ad omnes
actus faciliter ratione coniungant. Si vero sic positū mercuri^v de trigono vel de exago-
no iupiter respererit: vel si cum ipso fuerit inuentus: faciet magne mentis: magnorū ac
diuinorū consilioz viros. Si vero sic positis mercurio ac ioui mars se aliquibus radia-
tionibus obligauerit: faciet p:curatores regū famulos: duces potentes: administrato-
res: z quibus regie facultates credant: z tales animo ac viribus reddiuit ut omnia pos-
sint animi sui virtute feliciter superare. ¶ In quarto loco mercurius ab horoscopo cō-
stitutus in medio celi faciet acutos z publicis rationibus prepositos: z qui multiplici
doctrina polleant. Si vero in hoc loco in matutino ortu fuerit inuentus: secretarū
quarundam artiū reddit magistros. Si vero sic positus mercurius alios geniture cardi-
nes mars saturnusq^z possederint: z mercuriū aut de quadrato aut de diametro respe-
xerint: faciet accusatores: custodes carceris: z frequenter damnationes. Si vero vesp-
erinus in quarto ab horoscopo loco. i. in medio celi fuerit inuentus faciet aurifices: aut
fossores auri: aut absconsariū quarundā artiū mḡros: aut q̄ cōputo: aut calculo videant
instructi: aut palestricoz hoīum duces p:positosq^z pficiet. ¶ In quinto loco mercurius
ab horos. cōstitut^r si in matutino ortu fuerit inuentus absconsores auri: z diuinitarū fa-
ciet: z qui puidētia sua maximam faciant substātie facultatem: aut alienis sed magnis
faciet prepositos pecunijs: z qui diurnis moribus esse yideant: decernitur autem illis

sic posito mercuri^o maxime vite substantia: et erit illis secunda soboles filio^x. Si vero
spertinus in hoc loco fuerit inuentus pecunias nulla poterit rōne seruare. Sed totū qe'
quid pecuniarū vel auri et argēti ceterorūq; nobiliorū repositū fuerit profusis faciet ero-
gationib^d dissipari: faciet sane negotiosos ac rationib^p publicis quacūq; administratio-
ne p̄positos: facit interdū pro qualitate signorū magistros: aut geometras: aut astrolo-
gos: et qui fiderū cursum prudētia cōputationis inueniunt: facit etiā palestricis p̄positos
et eorū duces. Qd si in hoc loco mercuri^o pos̄t cōiunctionē līne crescētis excepereit: totū
corp^o hominis facit varijs maculis variare: atq; viciōsis valitudinib^d implicabit scđm
natrā qualitatēq; signor^x. Si uero mercurio sic posito deficiēs se luna cōiungerit: de-
decorosis hominē valitudinib^d implicabit: et faciet frequēter a recto viuendi ordine p̄/
postoris dementie casib^d aberrare. ¶ In sexto loco mercuri^o ab horosc. cōstitut^o: aut
ex docta facilitate sermonis: aut ex aduocatione: aut ex negociatione: aut ex deorum
redditib^d faciet sibi maxima fortuna cōparare: p̄fertim si sic posito mercurio in decimo
ab horosc. signo stella alia fuerit inuenta. Si vero in nocturna genitura matutin^o in
sextō loco fuerit inuentus interp̄tes: p̄scatores: aucupes: sculptores facit. Si sic posito
mercuri^o alia stella in decimo geniture loco fuerit inuēta. Si vero matutin^o in nocturna
genitura in sexto loco fuerit cōstitutus: et decim^o ab horosc. locus nullā habeat stellaz;
facit malignos: maliciosos: maloz cōsilioz auctores: fures: sed et qui res alienas inui-
do mentis ardore desiderēt: et qui de alienis casib^d gaudēat: delatores: et qui affines ac
propinquos suos oēs acerbis odijs psequant^r: pigros et cecos mētib^d et quib^d oīa mali-
cie genera cōferant. Si vero nespertin^o in hoc loco fuerit inuentus faciet chordatos 'gra-
ues crypticos rōnibus: aut mensis: aut horreis: aut apothecis: aut instrumētis: aut ne-
gociationib^d p̄positos: ex quib^d occasionib^d lucra illis magna cōferant. Si vero sic posito
cōiunctionē līne veniētis excepereit: faciet scribas: aut iudicioz autores: aut senat^o aut
qui cū imperatorib^d cōstituti dicēdi habeat aliquā prātem: aut qui actus principis suis
dispositionib^d gubernare subeant. Presertim si sic mercurio cōst tuto luna aut quecūq;
alia stella decimū geniture locū possederit. ¶ In septimo loco mercuri^o ab horosc. con-
stitutus. i. in occasu in diurna genitura faciet eos qui sic mercuriū habuerint gratiibus
vicijs implicari: et miserarū libidinū cupiditatib^d estuare: erūt aut nimis aut puerorum
amatores aut virginū. Sed hi mulieres stupratas sortiunt^r vxores: frequēt infamiz
virorū curā tuitionēq; suscipiūt. Sed et hoc p̄ signor^x qualitate decernit. Nam si in hoc
loco in his in quib^d nō gaudet signis inuentus. i. si in domo martis: vel in domo saturni
vel in ceteris in quib^d humiliat faciet meretricib^d prepositos: et lenones: et qui illi^d infa-
mie sordib^d fedent. Si vero in diametro mars fuerit inuentus: vel in medio celi vel in
occasu. i. in septimo loco cū mercurio cōstitut^o: faciet parui tēporis vitā: faciet tēsicos: fu-
gitivos: exiles: dānatos. Si vero p̄ noctem in septimo loco geniture. i. in occasu fuerit
inuentus faciet mulierū diuitiū: p̄curatores: et quibus ex veneris occasionib^d felicitates
maxime conferant: et aut calculi: aut musice: aut notarū: aut difficiliū litterarū inuento
res reddit: socio in hoc loco mercurio p̄sfopectas sepe fecisse. ¶ In octavo loco mer-
curi^o ab horosc. cōstitutus geniture. Si p̄ diē vesperinus in hoc loco fuerit inuentus fa-

ciet tardos: et qui nihil agere audent aut velint: laboriosis semp actib⁹ impeditos: stulos: maliciosos: et ad nullos actus necessarios. Si vero in hoc loco cōstitut⁹ in saturni domo fuerit in partib⁹ satui ni faciet surdos: p̄sertim si illū sic positū saturnus aliqua radia tione respererit. Si vero p noctē vespertin⁹ in hoc loco fuerit inuentus: faciet alieni patrimonij heredes: et qui casu abscessas inueniat facultates. Erūt etiā felices paris et beatificiosi tamē: et qui facile assiduis languorib⁹ fungant. Matutin⁹ vero in hoc loco cōstitut⁹ faciet eos qui sic nati fuerint augere in infinitū pecunias: et actus magnos appetentes: alios aut faciūt sollicitudinū cōmendationū: aut actuū: aut frumentoz fidos: stabilesq; aut alieni patrimonij frequēter. ¶ In nono loco mercuri⁹ ab horos. cōstitut⁹ fine alicui⁹ stelle radiatione si in hoc loco fuerit inuētus faciet cōtētiosos: et tradictores dialeticos: scire se proficiētes quicquid illis nullis est magisterij intimatū: maliciosos sed qui nihil possint efficaci rōne cōplere. Si vero in hoc loco matutin⁹ fuerit inuentus faciet sacerdotes diuinos haruspices: augures: mathematicos: astrologos: medicos: et quib⁹ ex istis artib⁹ et institutis vite subsidia querant. Sed hec fortiora erūt si beniuole stelle fuerit radiatione p̄tectus: faciet enim felices: beatos: magnos: potētes: et quib⁹ oia felicitatis insignia cōferaūt. Si vero sic positū mercuri⁹ maliuole stelle respererint: vel si in diametro: vel in quadrato fuerint inuēte faciet irreligiosos: sacrilegos: spoliatores tēploy: dānatos: dānabiles: et qui semp in peregrinis locis oberrent fugiētes: et q uel ex illis dānationib⁹ opprimant. Vespertinus vero in hoc loco mercuri⁹ cōstitut⁹ faciet sacerdotes: magos: medicos artifices: et quib⁹ ex istis artibus vite subsidia cōparent: et tales ingenio ut p se ipsi discant quicqd illis magisterij nō tradidit disciplina. ¶ In decimo loco mercuri⁹ ab horos. cōstitut⁹ i. in medio celi. Si matutinus in hoc loco fuerit admirabiles et magnos in actib⁹ reddet. Si enī sic cōstitut⁹ mercuri⁹ iupiter ex aliqua parte respererit de trigono: vel de exagono in diurna genitura erūt magni potētes maiūrū ciuitatū vel imperatorz vel potentū viroz negocia tractantes: fideles: beniuoli: sapientes: graues. Sed in nocturna genitura si sic positū mercurius venus aliqua radiatione respererit: hec faciet que in diurna genitura cum ioue illum facere mōstraui mus. Si vero sic positū mercuri⁹ mars ex aliqua parte respererit. i. de quadrato vel de diametro: promotiones venientes vario offensarū generē repellunt: et erūt frequenter ob hoc exules: vel alicuius dānationis onera sustinentes. Sed si luna se mar. i aliqua radiatione cōiungerit faciet etiā biothanatos. Vespertin⁹ vero in decimo loco ab horosco. cōstitut⁹ faciet peregrinationes: et assiduas locorū cōmutationes: facit etiā in omnib⁹ actib⁹ publicarios. Si vero sic positū mercuri⁹ saturn⁹ ex aliqua parte respererit: aut de diametro: aut de quadrato faciet aquosis semp actib⁹ occupari: et officia eoz aut prope mare: aut prope fluuiū: aut prope stagna constituit: vicia vero et valitudines ex humorū semper abundantia decernit. ¶ In undecimo loco mercuri⁹ ab horosco. cōstitut⁹ faciet ingeniosos et in omnib⁹ actib⁹ necessarios et quibus magnarū rōnuz actus cōmittat. Sed tunc maiora decernit officia si ioui fuerit opportuna radiatione cōiunctus. ¶ In duodecimo loco mercuri⁹ ab horosco. cōstitut⁹ faciet ingeniosos si fuerint in magnis negocib⁹ cōstituti: aut cōductores publicorū negociorū facit: in quibus ne-

gocijs alij periclitant nisi in his ipsi prospéros habeant euétus. Vespertin⁹ vero in hoc loco cōstitutus multa faciet negotia cōcitantes ⁊ multoꝝ inuentores negotioꝝ : neq; enim siue causa istum locū prudētissimi viri notauerūt: neq; sine causa partus aut tempus perturientis mulieris in hoc loco posuerūt: editura enī soboleꝝ in hoc loco mater cōstituit. Confert enim se etiā sextus locus duodecim⁹ Omnes cetere stelle in his locis posite pigros habent actus. mercurius in hoc loco inuentos faciet doctos grāmaticos oratores: geometras: atq; suas res assidua mercatione vendētes: aut qui oratiōes sue p̄fidio laboratibus soleant hominibus subuenire: defendentes eos: ⁊ a periculis libe/ rantes. Nam tales erunt vt ab hominib⁹ cordaciōes esse videant: ⁊ quibus omnibus omniū doctrinarū cōferant augmēta. Sed hoc tunc facit: cū aut ioui cōiunctus fuerit aut a maliuolis nulla radiatione pulsatus. Si vero mars euz aut de diametro aut de quadrato respeyerit: aut simul cū eo fuerit: faciet delatores absconditos: subdolos: mali/ ciosos: maleficos: faciet etiā venerarios: aut quibus falsa artificio malicie perficiantur aut ppter hoz criminū maliciaꝝ ḡues ḡnes dēnatiōes incurrāt: aut enī q̄si malefici aut q̄si falsatores dānabunt. falsarij aut aut tabulas aut act⁹: aut actia publica: aut ob h̄ dāna tos malis faciet mortib⁹ interire: faciet etiā aut a seruis: aut ppter seruos maximas dā nationes ⁊ maxima pericula. Q̄ si sic mercuri⁹ ac marte cōstitutis: luna se crescēti lumi ne cōiungerit: biothanatos faciet. Sed qui iudicantis animaduersione plectant. Sed ⁊ si sol in ipsis fuerit inuentus sine testimonio iouis: flāmis faciet exuri. Sed hec oī. p signorū qualitate decernunt. Sed quia diximus mercuri⁹ omnib⁹ se faciliter radiatione cōiungere: ⁊ esse cum bonis bonū signū: ⁊ cū malis malū explicare debemus quid in genituriſ cū singnloꝝ societate decernat. Per diem cum ioue positus ac sole in opportuni/ nis geniture locis maximas decernit felicitates. Si vero per diē cum marte fuerit in/ ventus maximoꝝ infortunioꝝ faciet calamitates. Per noctem vero simili ratione mu/ taſ. Nam cum venere ⁊ luna bonus est: cum sole vero maxima mala infelicitateſq; de/ cernit.

Mercurij coniunctio cum sole.

Mercurius cum sole per diem partiliter cōstitutus in horoscopo faciet re ges: duces potentes. Si vero per noctem in hoc loco fuerint partiliter inuenti: patrem degenerē ⁊ ignobilē faciunt: erunt autem in artibus pu blicis: sed absconsis ⁊ miseris: s̄m naturam qualitatēq; signorum. ¶ In secundo loco ab horoscopo sol cum mercurio partiliter constitutus alligamentū patrimonij decernit ⁊ aliquorum actiū principatum. ¶ In tercio loco ab horoscopo sol ⁊ mercurius constituti faciunt haruspices: somuiorum inter pretes: medicos: diuinos: augures: astrologos: mathematicos: ⁊ qui semper futura p̄ dicant. Sed quorum ars atq; institutum ad omnium noticiam perferatur. ¶ In quar to loco ab horoscopo. i. in medio celi partiliter mercurius cum sole constitutus faciet ignobiles ⁊ absconsarum aut illicitarum artium peritos. Sed honestos ⁊ graues. ¶

si sic positi fuerint in quarto loco geniture consideranduz est maxime in quo snt signo
constituti: et quis sit eius signi dominus. Periculorum est enim maxime si hi taliter po-
siti in saturni domo fuerint inuenti. ¶ In quinto loco sol cum mercurio ab horoscopo
constitutus partiliter faciet nobiles: et qui omnia facile perficiant: sed periculosos: et qui
non habeant perpetuam felicitatem: et qui multos facili ratione decipient. ¶ In sexto
loco ab horoscopo mercurius cum sole partiliter constitutus: laboriosos: pigros faciet
et quorum patres nesciant: orbos parentibus: tardos in actibus: et qui nihil consequi
possint: si nulla stella iu decimo ab horoscopo loco fuerit inuenta. Si vero in decimo
loco ab horoscopo stella aliqua fuerit inuenta diuiniatatis et glorie insignia
conferuntur: presertim si beniuola stella in decimo loco fuerit inuenta. ¶ In septimo
loco ab horoscopo mercurius cum sole partiliter constitutus. i. in occasu. Si per diem
in hoc loco fuerit inuentus faciet eis qui sic nati fuerint maximas res potestatesq; com-
mitti: sed ipsos biothanata morte faciet interire. Si vero per noctem in hoc loco parti-
liter fuerit constitutus faciet multa perpeti mala laborantes: et quotidiano opere ali-
menta querentes: et malis semper ac sordidis actibus occupatos. Errunt enim artes aut
sordide aut squalide: aut graui odore: ex quibus artibus vigilie perpetue ab operauti-
bus exigant: quales sunt consectores coriorum: fullones: lauarij: pictores: coqui: et his
similes: ipsos tamen faciet ethomaticos et prima etate viciosos. ¶ In octavo loco ab
horoscopo mercurius cum sole partiliter constitutus faciet homines debiles viciosos:
et qui facili ratione decipient. Sed in hoc loco constituti biothanata morte faciunt:
et decernunt frequenter insanias. ¶ In undecimo loco ab horoscopo mercurius cu[m] so-
le partiliter constitutus faciet exorcistas: et qui laborantes demonum incussione homines
remedijs liberent: ut his artibus maxima illis vite substantia conferat. ¶ In decimo
loco ab horosc. i. in medio celi cum sole mercurius partiliter constitutus in his quibus
gaudet signis: vel in quibus exalta per diem totius orbis dominos faciet: aut multis
et maximis prouincijs potestatis merito prepositos: presertim si iupiter eis bonum testi-
monium comodarit. ¶ In undecimo loco ab horosc. mercurius cum sole partiliter con-
stitutus in processu etatis felicitatis augmenta decernit. ¶ In duodecimo loco ab ho-
roscopo mercurius cum sole partiliter constitutus pauperes infelices seruos facit: et qui
semper in peregrinatione depereant.

De coniunctione mercurij et saturni.



Ercenrius et saturnus in parte horoscopi partiliter constituti in diurna ge-
nitura absconsores pecuniarum faciunt aduocatos: aut iurisperitos: aut
scribas: sed laguidos et qui cito deficiant. Si vero in nocte in hoc loco fuerint
constituti seruos aut captiuos ex liberis facient et tradent eos poterib[us] viris
captiuitatis cum seruituros. Si vero in feminino signo in horosc. scilicet saturni et
mercurii partiliter in nocturna genitura fuerint inueneti faciet eunuchos:
vel viros sine semine: et qui coire non possunt: turpes: infames: impudicos: cinedos.

CIn secundo loco ab horosc. mercuri^o cū saturno partiliter cōstitutus in diurna genitura faciet herbarios medicos: et per quos hominib^z sanitas cōparef. Sed diuites etiā et famosos in actib^z suis. Erunt aut pro qualitate signoz frequenter oratores: aut potē tum viroz. Si vero p noctē in hoc loco fuerint inuenti: facient mendicos: nudos: insanos: aut temploz seruos: frequēter etiā fatient accusari et in custodiā cōstitui: lugubres tamē semp et sine filiis: et aliqua corporis parte debiles: aut quibusdā vicijs implicatos.

CIn tercio loco ab horosc. mercuri^o cū saturno partiliter cōstitutus faciet vñatores: aquas ex altis puteis leuantes: ortulanos: actores modicarū villarū: aut pollinctores et funerarios: aut custodes mortuoz: cadauerū: aut sepulchroz faciet lanitores.

CIn quarto loco saturnus et mercuri^o partiliter cōstituti. i. in medio celi faciet illicitarū et abscoſarū artiū magistros: aut earū cōſcios: et q̄ quotidiana vitā ex malis artib^z querant. Sed quidā sic habētes mercuriū cū saturno: aut in custodia erūt: aut aliqua rōne dannant: sed oēs actus sīm naturā qualitatēq̄ signoz: et sīm rōne ceteraz stellarū innenūt.

CIn quinto loco ab horosc. saturnu^o et mercuri^o partiliter cōstituti facient eos: q̄ sic nati fuerint frequēter mutare domicilia: et amone aut frumētoz aut locorū quoꝝ dā ppo fitos: aut gēmarū: aut margaritarū: aut aromatū: aut metalloz ppositos faciet etiā et sacroz cultores.

CIn sexto loco et in duodecimo ab horosc. loco mercurius et saturnus partiliter cōstituti eadē simili ratione decernūt: Si enim p dies in his locis fuerint inuenti multarū doctrinarū scios facient: ab abscoſarū artiū doctrina pollentes: et qui oīa que in reb^z humanis sunt velint scire: maliciosos sane et inuidos: et qui vicijs aut valitudo: dinib^z implicent. Per noctē vō in sexto et in duodecimo geniture loco partiliter cōstituti facient falsarū litterarū antores: sceleratos: maliciosos: maluolos: maleficos: et qui sp̄ maximis mal^z et necessitatib^z implicent.

Sed si in his locis sic positos mercuriū et saturnū siue per diē: siue per noctē mars aliqua radiatione respererit: aut per quadratū: aut p diametrū: sine vitabili malo implicatos homines publice mortis faciet animaduersio ne puiiri.

CIn septimo loco ab horosc. i. in occasu mercuri^o et saturn^o partiliter cōstituti heredes mulierū: et magnarū facultatū desiderijs estuantes facieut atq̄ amatores mulierū. Si vō p noctē in hoc loco fuerint inuēti in omni cōversatione vite miseris facient: q̄ maximis debitib^z obligant viciosos tñ ac debiles: erūt aut maligui maliciosi: q̄ dam tamen accusati in custodia publica cōstituunt.

CIn octavo loco ab horosc. mercurius cū saturno partiliter cōstitutus processu temporis patrimonij et honoris augmen ta decernūt: alij vero mortis alienē causa patrimonia consequunt: valitudo tamen illis erit: aut de vesice calculo: aut de vētris vicio. Per noctē vero in hoc loco partiliter cōstituti pauperes: pscriptos: languidos: aut ruginosos facient: et quib^z humores facient ex dāno repetendos. Si luna minuta lumine ad saturnū ferat: aut ad martem plena.

CIn nono loco ab horosc. mercuri^o cū saturno partiliter cōstitutus pphetas: aut vestiores diuinorū simulacroz: aut baiulos diuinarū cerimoniariū faciet.

CIn decimo ab horosc. loco mercuri^o cū saturno partiliter cōstitutus. i. in medio celi alienoz patrimonioz heredes faciet: aut maximarū rerū inuētores: erūt interdū scribe aut actores: aut maximoz viroz procuratores. sed si sice os positos et stella fortuna eos viderit: diuino

ingenio faciet oratores: vel oratoꝝ artium magistros: aut grāmaticos: aut his omnibꝫ potestatibus alicuius auctoritate prepositos: aut magistros studiorum: aut magistros censuali celestis rescrutari: alij computos exercent: alij difficultiꝫ literarū aut inuetores: aut magistri eruunt. ¶ In yndecimo loco genit̄e saturn⁹ et mercurius ab horosc. ptiliter constituti hec decernunt que illos in quinto loco decernere dixim⁹. ¶ In duodecimo loco geniture mercurius et saturn⁹ ab horosc. partiliter cōstituti quid decernant sextus geniture locus manifesti⁹ explicauit.

¶ De coniunctione mercurij et iouis.

Mercurius cum ioue partiliter in horosc. constitutus in diurna genitura faciet claros et glorioſos ciuitatibus p̄positos: aut maximarū ciuitatū decem primos iuridicos: et qui pruincijs aut ciuitatibꝫ iura restituunt sed qui iustis semper gaudeant causis. Si vero per nocteſ sic fuerint inuenti pcuratōres: aut actores: aut negotioꝝ p̄positos: sed magnox ac potentum viroꝝ interdū facit scribas: rationibꝫ mensis apothecis negociationibꝫ p̄positos: argutos vero ingeniosos: et quibus ex boni tate ingenij felicitas maxima conserat. ¶ In scđo loco mercurius et iupiter partiliter ab horosc. cōstituti in diurna genitura facient heredes alieni patrionij ab extraneis ad optatos: et fundoꝝ multorum et depositarū specierum dños: et quibus processu tpis augmenta felicitatis maxima conserant. Si vero per nocte in hoc loco ptiliter fuerint inuenti stultiores faciet: et in quibꝫ non sit ppetua felicitas: et quos vite cursus sepissime ratione decipiat. ¶ In tercio loco ab horosc. iupiter et mercurius partiliter constituti magos facient: sed preclara semp̄ bonitate pollentes hymnologos: aut deoꝝ baiulos aut custodes temploꝝ: aut qui religionibꝫ hoies incident et oſcrent: et qui deoꝝ monitu futura pnoſcant: aut sacris certaminibꝫ facient p̄positos: hec in nono loco ab horosc. iupiter et mercurius decernūt pariter oſtituti. ¶ In quarto loco ab horosc. mercurius et iupiter partiliter oſtituti ex inuento cātuli et organi facient aut curatores: aut tutores minoꝝ: sed qui mulierū curam tuitionēq; suscipient. Quidā vero quedā casu inuenient alij latentium thesauroꝫ vias norunt: ex quibꝫ maxima illis felicitas comparatur. ¶ In quinto loco ab horosc. mercurioꝝ et iupiter partiliter oſtituti et per diē et per nocteſ eadē simili ratione decernunt. Plures enim potestates pcessu tpis conferuntur. erunt aut in omnibꝫ aq̄tibus feliciores: et qui qđ volunt facile consequant: hec eadē in yndecimo geniture loco pariter oſtituti decernunt. ¶ In sexto loco ab horosc. mercurius et iupiter ptiliter oſtituti per nocte et per diē eadē simili ratione decernunt. si in matutino ortu fuerint inuēti. facient enī in omnibꝫ negocjis faciles rōnales: aut causis aliquibꝫ vel certaminibꝫ: discussionibusq;: aut rōnibus: aut negociationibꝫ: aut quibusdā religi onibus p̄positos: aut ex eoꝝ redditibꝫ facultates habebunt maximas. pſertim si sic his collocatis in decimo ab horosc. loco aliqua stella fuerit cōstituta. Sed si luna sic ferat ut his se sua radiatione riungant. et in decimo ab horosc. loco constituta erunt diuites affluentes multarū pecuniarū: aut multi auri dñi: et qui possessionū fructus maximos consequantur: felices. beati: et qui regum actus sua interceſſione disponant: exactores regiarum annonarum: vel pecuniarum fiscaliuꝫ: pruincijs: ciuitatibusq; prepositi. Si

vero diurna genitura et sexto loco ioue et mercurio constitutis nulla stella in decimo ab horoscopi loco fuerit inuēta mediocres vite patrimonio et actibus faciet. Si vero per noctem sic fuerint inuenti redunt negotiorum interpretes: et pescatores: aut augures aut sculptores: aut laboriosis semper actibus impeditos: aut seruilia officia facientes: aut in talibus partibus positos que grauibus odoribus et grauibus sint sordibus squalide i. aut fullones: aut coriorum confectores: aut calegarios: aut pescatores: aut lauarios aut his similes. ¶ In septimo loco ab horosc. constitutus partiliter mercurius cum ioue i. in occasu: et per noctem et per diem eadē simili ratione decernit. facit enim a mulieribus felicitates maximas conferri: et faciet publicis muneribus prepositos: et populorum et ciuitatum principes: aut decem primos longioris vite: et bone senectus: et bonis filiis ac moribus: et qui bonas res desiderent semper. sed in nocturnis genituris minuant si sic mercurii positū cum ioue saturnū de diametro vel de quadrato resperxerit: vel si cum ipsis fuerit inuentus. ¶ In octavo loco ab horosc. mercurius et iupiter ptiliter constituti in diurna genitura si fuerint inuēti mediocres in vita facient: et qui ex quibusdam inventionibus vite sibi presidia cōparent. Quorundam enim infamant inuentitez: sed processu temporis mediocriter substantie incrementa decernunt. Si vero per noctem in hoc loco fuerint inuenti: aut inueniunt aliquid unde habeant maximū vite subsidium: aut hereditas illis non modica conferetur: et processu temporis maximis felicitatibus subleuant viciosos tñ corpore et languidos facient. ¶ In nono loco mercurius et iupiter constituti hec decernunt que in tertio loco geniture constituti decernunt. ¶ In decimo loco ab horosc. mercurius et iupiter constituti hec decernunt que decernere illos in quinto diximus loco. ¶ In duodecimo ab horosc. loco mercurius et iupiter partiliter constituti: si mercurius matutinus extiterit faciet scribas regis: aut senatus: aut notarios: et exceptores principum aut ciuitates maximas tuebunt: sed qui magna et frequenter offendat: et qui nouissimo vite tempore infelicitatis onere pregrauent: aut qui biothanata morte depereant. Si sic positi in nocturna genitura. in diurna etiam genitura quantulumcumq; in his actibus et in his officijs perseverant: et non frequenter offendunt. ¶ Iespertinus vero in hoc loco cum ioue constitutus: tardiores actus: et finistrum fatum dabit. Quidam vero popularibus actibus aut laboriosis implicabuntur.

¶ De mercurij et martis coniunctione.

In parte horoscopi mercurius et mars partiliter fuerint constituti in diurna scz genitura anaforicos cardiacos facient: et oligochronios: et infelices: aut occasione mulierū: aut ex amoris illecebris: aut abscessis scripturis: aut de maleficijs: aut de falso damnari eos faciet: et faciet biothanatos interire. Si vero per noctem in hoc loco ptiliter fuerint inuenti facient magnos magnarum religionū prepositos: duces: aut prenuncios: aut protectores: aut felices imperatoꝝ administratoꝝ maximos: quibus ex euentu pugnarum maxima felicitas conseratur. Si vero sic per



noctem positos mercurii et martem saturnus de quadrato vel de diametro respererit
faciet periculosos: et qui sepiissime decipientur: nam in omnibus impediuntur actibus.
Sic enim constitutus saturnus inertes et sine arte faciet homines: et qui omni felicitatis
onere pregraueatur. ¶ In secundo loco ab horosc. mercurius cum marte partiliter constitutus
in diurna genitura natos exponi faciunt: et si nutriti fuerint faciunt aliquem ratione fugitiuos:
faciet frequenter exiles: interdu etiam captiuos. facient plerosque ex prescriptione enudari
quosdam tamen ex grauibus valitudinibus: aut fortibus viciis implicant alios biothanatos.
facient: si lunam plenam radiauerint. Per noctem vero si sic fuerint inuenient facient male
metis maliciosos: obscuros: timidos: et audaces: et qui in omnibus actibus decipientur.
sed actus eorum faciunt multiplices. Erunt enim aut publicani: aut vectigaliarij: aut curiosi
quosdam mente insanos aut freneticos facit. ¶ In tertio ab horosc. loco mercurius et
mars partiliter constituti facieut aut ex segniciis: aut ex feriatis actibus vite huius substantiam
erunt autem tales ut futura predicant: et qui semper conuersentur in templis. sed omnibus qui
negociantur terribiles: etiam si nihil sciant: vel si nihil agant existunt: et qui processu tripis
habeant felicitatis augmenta. ¶ In quarto loco ab horosc. mercurii cum marte. id est in
medio celi partiliter constitutus pigros humiles in oibus actibus et in omni fortuna faciet
et cum parentibus vel cum affinibus assidue exercebunt inimicitias: ut per ipsos parentibus
vel affinibus maxime semper inferant insidie. erunt etiam fideiussores: et ex hac re maximis
periculis quassabuntur: et ad humilitatem paupertatemque deuenient. Quod cum illis contigerit
illictarum quarundam artium auctores erunt: vel sequestres: vel consciij in quibusdam com-
prehensi maximis periculis laqueis implicantur: et damnationis animaduersorum
plectantur. Alii in his calamitatibus constituti: magne a longe egritudinis incursionibus
opprimuntur. persertim si lunam sic positi de quadrato vel de quadrato viderint. Si in quarto
genite loco mercurii et mars et luna per noctem fuerint inuenient facient propostos: tribunos
duces: potentes: administratores: sed biothanata morte pereunt. ¶ In quinto loco ab
horosc. mercurii et mars partiliter constituti fortes: viriles: athletas: invictos: in oibus certa
minibus reddunt. sed qui ad varia loca domiciliis gratia conferantur: et quibus de publico:
aut de fisco vici et anno maxima conferantur gratia: sed in oī certamine superiores et tribiles
aduersariis suis faciunt. ¶ In sexto loco et in. xii. ab horosc. mars et mercurius partiliter constituti
hec eadem ratione decernunt. Nam si per die in his locis fuerint constituti valitudines et vicia
maxima decernunt. faciunt autem et in custodia constituti et carceris huius noticiae: et ex quocunque
accusatione damnari. aut enim appetuntur: aut deferuntur: aut falsis criminibus circumventionibus
obligantur. a seruis enim et per seruos aut seruilibus hominibus: aut ab his qui sunt criminibus alicuius
causa in custodia constituti appetuntur aut deferuntur: et cum maximis tormentis: et cum maxima
violentia et atrocitate depereunt: persertim si in his constituti locis lunam plenam ex aliqua
parte piperirent. Si vero per noctem in sexto vel in. xii. ab horosc. loco mercurii cum marte
fuerit constitutus facit multis debitis: aut multo usurparum onere implicatos: et estus ani-
mi vel interceptiones facient. reddunt etiam pigros in omnibus actibus et decernunt
maximas accusationes: et graues iniuidias. sed que aut a seruis aut propter seruos pa-
tiantur: alij cruciatores erunt seruorum ut eos aut fame: aut plagis: aut tormentis: aut

assiduis operum exactoribus defatigent. In actibus vero nunqz perseuerabunt qui in his locis mercurium cum marte habuerint constitutum qui ab uno actu ad alium actu transferunt. In septimo loco ab horosc. i. in occasu mercurius cum marte partiliter constitutus: si per diem in hoc loco partiliter fuerit inuictus: eos qui sic eum habuerint mulierem aut vxorem suam manu propria interficere compellunt: aut propter mulierē aut propter uxorem: aut propter amoris cuiusdam preposteras cupiditates semetipsoſ aut alios interficiant: aut propter tale aliquod amissum faciēt in publica custodia: aut in carcere constiuti: et ex ista accusatione damnari. sed generaliter quicunqz missus est et martem habuerint homicidia et mortes in ipso pro signorum qualitate completantur. aut enim crasatores erunt: aut latrones: aut sicarij: aut pirate: aut his similes: et in his facino: ibus comprehensi perseuerantis sentencie animaduersione plectuntur. In nocturna vero genitura sic positi facient eos a mulieribus iniustis actibus circuſcribi: aut virginibus iungi: et ab his filios suscipere: et semper magnis vicijs inuolui. In octauo ab horoscopi loco mercurius cum marte partiliter constitutus: si per diem sic fuerit inuenitus faciet nihil tale: sed nihil ex eis que cupiunt sequi poslunt: et periculosos: et qui omne patrimonium funditus amittant. Quidam vero erunt insani ac furiosi: alij in custodia coniunctur aut damnabunt: et finiunt frequenter ratione biothanati. Si vero per noctem in hoc loco fuerint inuenti de malis partibus: vel de malis officijs facultates sibi aliquas comparabunt: et per dies singulos malis ac nefarijs actibus crescent. Erunt fures: aut effractores: aut qui cōmendatas sibi res: aut fidei sue creditas: obstinatis soleant cupiditatibus abnegare: aut nefariorum facinorum inuentores vel excutores. faciunt enim aut tortores: aut carnifex: aut proditores suoz: et ex istis artibz fortunam ac facultatum sibi maximas substantias comparantes: sed mors eis cum violencia: aut cum quibusdā tormentis grauibus proueniet: aut moriuntur grauis insanie vicio laborates. In nono loco ab horoscopo mercurius cum marte partiliter constitutus iniustos: irreligiosos: piuros faciet. sed cum illo mentis errore nihilominus ministros deorum: sed et hos ipflos deos quibus seruiunt spolianteſ atqz nudanteſ: qui templorum dominos ad predam suā sociant. sed hec maxime faciunt si longe a radijs solis inuenti fuerint: aut in suis inuicem signis: aut in suis inuicem partibus: aut in domo solis arte hec erunt. Si sic eis positis luna se de quadrato vel de diametro coniungerit plena luminibus. In decimo loco ab horosc. mars et mercurius partiliter constituti miseros et inefficaces homines faciunt. Delectabuntur autem assiduis nauigationibus et amatores erunt palestrarū: et qui vitā suam potētibus viris aut regibus cuiusdā vicii vendant. Erunt autem cum macula ac vicio fin qualitatem substantiam qz signorum. sed semper mercurius cum marte partiliter constitutus in actibz publicis: aut in administrationibus: aut in occupationibus constituit. sed nunqz in ipsis actibus longa temporum continuatione pseuerabunt. aut enim impediti: aut accusati admouebunt: et frequenter iudicijs applicabunt: et falsis interdū accusationibz oprimētur. ex quibus infortunijs ita eorum patrimonia dissipantur: vt graui onere usurarum quatiantur. sed et sponsioē aut fideiūſſione aliqua grauibus damnoz vel condemnationū generibus oprimuntur.

Si vero iupiter mercurio ac marti partiliter positis aliqua se testimonij societate coniungerit: aut si cum ipsis partiliter fuerit inuentus: magnos in omnibus actibus faciet quibus multa negotia credantur: et qui simili modo et amittant substantiam pariter et querant. Si vero his venus aliqua se radiatione coniungerit: vel si cum ipsis pariter fuerit inuenta faciet exactores imperatorum qui annuas fiscaliorum prestationes repetat discursores rationales: et qui maga negotia tractare consueuerunt. Sed mercurius cum marte diuersa et multiplicis actuum aut administrationum genera decernit. Nam va-rietas hec prouenit in qualitatem substantiamque signorum. In mercurii enim domo vel in mercurii partibus constituti faciunt amatores palestre vel athletas publicis certaminibus destinatos. In martis vero signis aut in partibus constituti pugnaces amatores armorum: milites: venatores libenter nutrientes feras: vel ferarum prepositos: nuncios vel veridarios regum reddunt. In domo vero veneris aut in partibus constituti faciunt linteones: textores tunicarum: plumatarios: tinctores: aromata aut gemmas aut margaritas aliqua ratione tractantes. In iouis domo vero vel in partibus constituti prepositos: tribunos: regiones aut ciuitates aliquas obtinentes. In domo saturni vel in partibus constituti scelerata ac facinorosa officia tractantes. facient enim tortores: carnifexes: interfectores: delatores: preditores. In solis vero et lune domo erarios: feramentarios: statuarios: pelliones: coriorum confectores: ab igne aut ferro vite subsidia querentes. Immutatio enim signorum diuersorum negotiorum actus decernit. ¶ In undecimo loco mercurius cum marte ab horosc. partiliter constitutus faciet perire semper in pugna: alios amatores palestre faciet: alios armorum: sed fortes consilijs: et qui ex omnibus actibus felices semper processus accipient. ¶ In duodecimo loco ab horosc. mercurius et mars constituti maxima infortuniorum: et marina calamitatis exitia decernunt. Nam qui sic in marte et mercede huerint falsi crimen incurront: aut oibus facinoribus male conscientie societate iungunt: aut debitorum graui senore semper oppressi cum iactura pudoris ad publica iudicia protrahuntur: ut prauo cupiditat ardore si et religiosa fidei conversione polluentes: commendatas res abnegare conantur: ut ex ista perfidia vel ex precedentibus criminibus publice contra illos sentencie discrimen iniurgat.

Conclusio de mercurij et veneris coniunctione.

Mercurius et venus in horosc. partiliter constituti in diurna genitura faciunt scutarios: et protectores imperatorum: vel qui proprio ex cubitu salutem principis seruant: aut qui pecunias et thesauros regios suis iubentur dispositionibus gubernare: et quibus huicmodi administrationum officia creantur. facient enim musicos choricos: et qui musicos modos facient: aut certe publicos magistros: aut oratores: aut grammaticos: aut legum inuictores: aut qui in numeris presint. Et vero per noctem in horoscopo partiliter fuerint inuenti facient acutos: ingeniosos: et qui omnia quecumque agere voluerint facile consequantur. Erunt autem aut coronati: aut prepositi sacerdotibus: aut sacrorum simulacrorum bauli: et qui processa tuis augmenta dignitatis accipient. Facient autem cuiusdam armonie peritos: aut literis regis propertos

sed quorum oratio ac sermo plenus sit leporis et gracie. ¶ In secundo ab horose loco
mercurius et venus partiliter constituti in diurna genitura facient multa negotia tractates
et qui in nobilibus actibus occupent. sed in ipsis diutius perseverantes amenos et gratos
in vita operibus ac morib⁹ viciosos tamē ac libidinosos. Si vero matutini in hoc loco
fuerint inuenti facient per se metipos patrimonia querentes: felices litteratos: disciplinā
aliquas musicamq; tractantes: letos et honestos gratieq; splendore fulgetes. Si vero
in nocturna genitura vespertinus in hoc loco cum venere fuerit inuentus magnas de-
cernit facultates: et processu temporum maximarum felicitatum incrementa largitur.
Erunt enim principes ciuitatum: erunt legibus prepositi: et quibus maximū prouinci-
iarum cura mandetur. alij inueniunt aliquid ynde initia felicitatis accipient: alijs he-
reditates maxime conferunt. ¶ In tertio loco ab horoscopo mercurius et venus par-
tiliter constituti facient in sacris certaminibus esse victores: aut sacerdotes: aut prophe-
tas: aut vestidores deorum: aut in templis maxima tractantes officia: aut prepositos sa-
cerdotibus: aut sacris ceremoniis principes: aut legatos boni aut institutionis morib⁹
et quibus desideria sua secura ciuitas credat. ¶ In quarto loco ab horoscopo mercu-
rius et venus partiliter constituti absconsarum literarum facient peritos: magos: philo-
sophos: et celestia sepe tractantes: aut qui laborantes homines curent: et qui hominib⁹
quolibet genere prodesse consueuerunt. Matutin⁹ vero cum venere in hoc loco posse
a seruitute ad libertatem venire faciet: et ab ignobilitate ad splendorem nobilitatemq; p-
ducit. sed miserarum mulierum: aut seruiliū: aut anuum: aut virginum tuitionem de-
fensionemq; suscipient: et qui propter has: actus varij generis appetant. Actibus vero
institutis et negocijs et negotiationibus occupatos faciet in substantiaz qualitatemq;
signorum. ¶ In quinto loco ab horoscopo mercurius cum venere partiliter inuentus
maximas facultates processu temporis decernit: simili modo facultatum largitur in-
signia: et qui a mulieribus vel ab uxoribus dona maxima vel premia consequantur: et
qui potentibus viris noticia iungantur. ¶ In sexto loco ab horoscopo mercurius cum
venere partiliter inuentus in diurna genitura de rationibus vel de negotiationib⁹: aut
de computo: aut de disciplina: aut de deorum redditu decernit substantie facultates.
presertim si sic his in sexto loco constitutis aliqua stella in decimo geniture loco fuerit
inuenta: sed uxorem difficile consequentur. Nam erunt libidinosi et ex ista re quodam
modo infames. In nocturna vero genitura si matutinus in hoc loco cum venere fuerit
inuentus ancillas: aut viduas: aut meretrices matrimonij sibi gratia copulabūt. Act⁹
vero habebunt laboriosos et seruiles: et circa aquam: si nulla stella sic his positis in de-
cimo ab horoscopi loco fuerit inuenta: q; si fuerit faciet proprio labore multa querentes
Erunt enim peregrini negotiatores: gubernatores: nauclerij: et fabricatores auri. Cle-
spesinus vero in hoc loco si cum venere fuerit inueni⁹ chordatos: ingeniosos: musicos
vel organarios faciet: aut tintores colorum: aut aromatum: aut gēmarum: aut mar-
garitarum mercatores faciet: quosdaz murepolas: vel pigmentorum medicinalium
inuentores. faciet sic positus frequenter prepositos metallorum: vt ex his actibus ma-
xima illis facultatum subsidia conferantur. ¶ In septimo ab horoscopi loco mercurio

et venus partiliter constituti absconsarum valitudinum vitia decernunt. Faciunt enim
aut hepaticos: aut freneticos: aut melacolicos: et his similes valitudines: sed ab yraris
affectu semper alienos et usq; ad ultimum vite tempus infames. Si vero per noctem in
hoc loco cum venere fuerit inuentus a mulieribus vel ab yraribus maxima illis diui-
tiarum substantia offeretur: et qui gradum processu etatis grandes honores: et maxime
felicitatis insignia coequantur: presertim si non eos sic positos mars et saturnus ex aliquo
parte respererint: sed specialiter saturnus. Nam si fuit ulla sic positis mars et saturnus
aliqua radiatione coniuncti: hec que diximus in contrariu vertunt. ¶ In octauo loco
ab horosc. mercurius et venus partiliter constituti vespertini in diurna genitura ineffi-
caces a popoces reddunt: et qui nihil agere possint. facient etiam laboriosis semper ne-
gocijs implicatos. erunt vitiosi animo et corpore: et qui nuptias difficile consequantur.
erunt steriles: qui sobolem generare non possint. morientur autem spatici: aut corroici:
aut apoplectici: aut frenetici. Per noctem vero in hoc loco pariter inuenti alieni patri-
monij faciet heredes: aut alienarum facultatum sollicitudinem gerentes. sed bonos be-
nignos patres familias: et quibus a mulieribus vel ab yraribus plurima offerantur. alii
quidem inuenient quod illis ad omne rite subsidium sufficiat: et habebunt mortem re-
pentinam: et sine dolore atq; tormento. Matutinus vero cum venere in hoc loco consti-
tutus multa discentes: et cuncta scientes perficiet. et inuentores etiam et quicquid volunt
facile consequantur: sed qui processu etatis patrimonij augmenta percipient. ¶ In no-
no ab horoscopi loco mercurius et venus pariter constituti viginates mulieres dabit
vixores: sed et ipsos artus lauari et magnificari facient: et quibus ex templorum officijs
vite presidia querantur. facient enim aut sacerdotes: aut hos qui in templis constituti
futura predicant: aut aurispices: aut astrologos: aut augures: aut magos: aut qui omnia
explicare consueuerunt. ¶ In decimo ab horoscopi loco mercurius cum venere con-
stitutus publicos accus faciet qui a populo aut ciuitatibus honorentur. sed qui de yr-
oris actibus infamiam trahant. Matutinus vero in hoc loco cum venere constitutus
modorum musicorum inuentores faciet. sed scenicos et publicis spectaculis destinatos:
circa nuptias vero infelices: aut enim meretrices publicas: aut scenicas: aut infames
vixores habebunt. quidam et amatores puerorum erunt: et multarum libidinum viciosis
implicati voluptatibus. ¶ In undecimo loco ab horosc. mercurius et venus constituti
facient mulierum negotia tractantes: et quibus mulierum substantia credantur: ut ex
isto actu maxima illis patrimonij subsidia conferantur. sed postea in contrarietatibus
aut in iacturis maximis constituantur. ¶ In duodecimo ab horoscopi loco mercurius
cum venere constitutus: si per diem sic fuerit inuentus amatores faciet: et ex amore vicio
laborantes: perspicuos tamen et omnibus notos in istis vicijs: deferri tamquam propter hoc
compellit ex ista damnatione damnari: faciet biathanatos. Interire propter hec animi
vicia que diximus. Si vero per noctem in hoc loco fuerint inuenti a mulieribus indig-
nitas facient persecutioes: aut qui meretricem amoris instinctu compare cogant: mediante
viro: et qui his actibus multiplicibus iusticijs occupati esse videantur. sed qui frequenter ab in-
stituto decidant: et qui ab actibus ac negocij: aut a facultatibus suis frequenter soleant in
rationibus decipi.

Luna



C Significatio lune in signis.

Una domina genite si fuerit bene locata facit homines stabiles: honoratos: ordinatos: honestos: magnos corpore: sed corpus pro sui qualitate decernit: corporatos scilicet quos honesta pulchritudo corporis concederit: multum cibum sumentes: potu parvuo gaudentes: sed vita eorum inequalis est pro ratione mutatur: ut patrimonium eorum et augeatur assidue: et assidua rursus iactura minuantur. faciet etiam in aquosis eos locis assidue comorari. sed circa uxores: et filios: et matres prinos eorum facit semper affectus: et a paternis affectibus facit superari. Quod si lunaz maliuola stella radiuerit virtus circa oculos semper efficiet. aut enim oculos vulnera dedecorat: aut acies luminis obscura nube suffusiones impugnat. Corpus vero eorum candidum facit macularum varietate signatum: aut leprosum.



maligna vulnera semp affigit: aut corp^o assidua cōtractione deformat: aut hos eosde^z
tremuli corporis imbecilitae debilitat: aut ex malignis humorib^z cōcreta peste maluz
exitū mortis indicat: sed hec beniuolarū stellarū testimoniuū publicat.

De luna.

Luna in horosc. partiliter cōstituta in nocturna genitura: si plena et in
quib^z gaudet signis fuerit inuēta grādia fortune incremēta decernit
pponi fratrib^z faciet et etate semp et merito. Si vō p diē in hoc loco pti
liter fuerit inuēta gubernatores maioꝝ nauiuū faciet. Si vō p diem lu
na sic cōstituta aliū geniture cardinē mars saturnusq; possederint. i. si
in quadrato vel diametro: vel si cum ipsa fuerint inuēti faciet piratas
crudeli feritatis atrocitate famosos: aut maccessorꝝ locoꝝ prepositos
iudices. Si vero sic lunā positā cū maliuolis nulla beniuola stella respererit eos q na
ti fuerint facient exponi aut nulla vite tēpora decernit. **I**n secūdo loco luna ab ho
roscopo cōstituta in diuria genitura claros et pspicuos acibus faciet sed luxuriosos et
amenis deliciarū voluptatib^z deditos: et quib^z maior patrimonij substātia processu tē
poris cōserat. Si vero p diem in hoc loco fuerit inuenta aut statim parentes interimit
aut ipsum a parētibus diuidit: aut parentes facit dissoluto matrimonio separari: et patri
monij substātiā vario iacturarū genere minui: tales sic habentes lunā assiduis pegri
nationibus occupant: et actus suos p mlnita diuidit loca. Sed vitā eoz talē facit vt ali
cui potestati subiacet. Si vō in hoc loco fuerit minuta luminib^z et saturn^o in parte vel in
signo horosc. fuerit cōstitutus pficit repentinis oculoz vulneribus cecitatē. Si vero sic
luna cōstituta mars in parte horoscopi vel in signo fuerit inuentus articuloꝝ dolores:
vel ejectiones: vel fracturas faciet: alios emoroica valitudinis assiduitate debilitat.

In tercio loco luna ab horosc. cōstituta matrē ignobilez vel aliqua infamie faciet
maculatione pollutā. Si vero in hoc loco cū ioue fuerit inuēta his qui sic eam habuet
tint a fiscalib^z: vel a publicis annonis alimēta suppeditat. Si vero ioue et luna in hoc
loco cōstitutis mercurius se aliqua radiatione cūinxerit antistites faicit maxie cuiusdā
dee vel potētissimā religionis sacerdotibus aut dispositores publicarū vel correctores
Si vero cū luna in hoc loco venus fuerit inuenta actus habebunt de pigmetis: aut de
aromatib^z: aut de vino: aut de florib^z. Si vero in nocturna genitura in hoc loco luna
cū saturno solo fuerit inuenta faciet tardos qui nihil ex his que cupiunt cōsequant: et q
religionib^z sacrilega proferant verba: et quibus ex deoz ira maxima infortunia cōserat
Si vero per diē in hoc loco luna cū mercurio et marte fuerit inuēta: sacrilegos templo
rū spoliatores iniustos: impios: irreligiosos: homicid asq; perscient. **I**n quarto loco
ab horosc. i. in medio celi luna cōstiuta. Si per diē sic fuerit inuenta matrē ignibilem
decernit: et que maritū superstite relinquat. Sed et si saturnus in alio geniture cardine
fuerit inuentus: et venus fuerit in occasu: mater de ingenuitate ad seruitute transserit:
et fiet aliquādo captiva. Si vero p noctē in hoc loco fuerit inuenta plena lumine matrē
faciet nobilē diuitē: et ipsos faciet assiduis dimitiarū augmentis maxime subleuari. Si

vero sole partiliter in horosco, cōstituto luna in quartoloco fuerit inuēta merita felicitatis accipient: alios cōpellit maximas colere religiones: alijs facit mulierum negotia cōmiti. Si vero p diē sic fuerit inuēta pegrinos ignobiles faciet: et quoꝝ vite erroribꝫ periculisqꝫ quatiāt: alios in templis facit ministeria exercere seruilia: p̄sertim si sic lunā posita maliuola stella respererit. ¶ In quinto loco ab horosc. luna cōstituta in nocturna genitura et partiliter hoc loco inuēta: multos pcreabit filios a quibus gaudiū habebit ac honorē. Si vero diurna fuerit genitura: multas dabit filias: et rumores a lōginquo bonos de filio tales: qualis est planeta a quo in nativitate luna sepaf. ¶ In sexto loco ab horosc. et in beniñolaru radiatione fuerit locata et aucta lumine lucruz dabit a quadrupeſibꝫ et sanitatē corporis. In maliuoloꝫ vero planetaru radiatione cōstituta: miseros: humiles: seruiles: ac laboriosos faciet pcreare. ¶ In septimo loco ab horoscopo id est in occasu luna in nocturna genitura partiliter in hoc loco fuerit inuenta in his signis in quibus exaltaſ vel in quibus gaudet crescenti lumine iupiterqꝫ aut venus eam oportunis radiationibus irradiat felicem reddit senectutē: lucru etiā a mulieribꝫ et sponsalia decernit cōgrua. Si vero hoc in loco maliuoloꝫ radiatione fuerit opp̄ſa maxime in diurna genitura minuta lumine tarde dabit vxorē et cū dederit: dabit aut degenerē: aut viduā. aut sterile: aut graui feditate deformē. ¶ In octauo ab horoscopo loco partiliter inuenta hereditatem dabit ex mortuis, et mors illi cito et sine dolore maximo: et sine aliquo tormento decernit. ¶ si mars aut saturnus ea de quadrato aut diametro respererit interitū dabit ac depositionē eius a statu solito: et lunaticos sepius sic cōstituta efficiet. ¶ In nono loco ab horoscopo partiliter posita in diurua genitura faciet eū qui sic lunā habuerit in templis manere sordide: et qui aliquid velint quasi a diis dictum: hominibus nunciare. Si vero in nocturna genitura hoc loco fuerit inuenta faciet diuinos deoꝫ cultores: et qui sacris ac religionibus studeant: quibusdaz vero officia aut dona largiunt̄ ex templis: dabit etiā multas cogitationes: mutationē p regiones. Et si fuerit hec domus mercurij astronomiā. Si veneris cantilenas et leticiam Si martis opus armorū et instrumenatorū. Si iouis diuiuū cultum et scientiā in lege. Si saturni scientiā alkamie. Si solis prouidentiā in quadrupedibus. Si in cancro domo sua scientiā dabit omniū que'exeunt de aqua. ¶ In decimo loco ab horoscopo luna constituta. i. in medio celi in nocturna genitura partiliter in hoc loco fuerit inuenta: in his signis in quibus exaltatur: vel in quibus gaudet: crescenti scilicet lumine iupiterqꝫ eam oportunis radiationibus protegat: imperatores maximos facit: aut administratores potentes: quibus uite et necis potestas faciliteratione credat: dat etiam sic posita ordinarios consulatus. Si vero partem mediū celi precedat aut sequat̄ in proximo tam loco et vicinis partibus sic posita duces tribunos: administratoresqꝫ perficiet. Si vero in eodem signo in quo est meidiū celi platicē fuerit constituta magnos in omnibꝫ actibus reddit: et vario genere felicitatis ornatos. Si vero luna sic posita et saturnus aliū geniture possederit cardinem inuidias infelicitatesqꝫ frequenti ratione decernit. Per diem vero in medio celi luna constituta mediocrem inuita et in omnibus actibus faciet

et qui frequentibus soleant rationib⁹ decipi. Si vero per diem sic luna posita sol in horoscopo partiliter fuerit inuentus in domo sua: aut in altitudine sua: aut in domo iouis magnos potentes administratores maximarū prouinciarū: vel magnarū faciet cunctum proconsules. Sed in ipsa actus administratione terribiles. Sed et sic luna et sole constitutis sole scilicet in horoscopo in his in quibus diximus signis. Luna vero in medio celi pariter ambos vel vnu de duobus iupiter prospera radiatione protexerit impatores faciet felicitate ac iusticia prepotētes: et quos omnes cū terroris trepidatione suscipiant. ¶ In undecimo loco ab horoscopo luna constituta hec decernit que in quinto ab horoscopo loco facere ex precedenti explicatione monstrauimus. ¶ In duodecimo ab horoscopo loco luna constituta in nocturna genitura: vite tempus spaciūq; decernit. Sed et iupiter et venus aut vnu de duobus partiliter in horoscopo fuerint inuenti potestatis alicuius licentia cum felicitate decernit. Si vero marte et saturno partiliter in horoscopo constitutis: aut uno de duobus luna in nocturna genitura duodecimū possederit locū: multa ac mala infortunia et graues casus et valitudines et vicia ipsi faciet pariter ac matri. Si vero nullo in horoscopo constituto sola per diem in duodecimo loco ab horoscopo fuerit inuenta iacturam patrimonij miseros actus peregrinationemq; decernit. Si vero per noctem simili modo in hoc loco fuerit inuenta miseros humiles: aut humili aut seruili genere faciet procreare: et laboriosos et semper in glorio sis actibus occupatos: et quorum corpus aut os graui odoris feditate turpat: et qui frequenter falli periclitariq; consuerunt: et qui vitium aliquod ex peregrinitatis incōmodis contrahant. ¶ In loco fortune luna si fuerit inuenta et sic posita aut ad iouem fertur vel si cum ipso sit ducatus administrationis gloriam felicitatēq; decernit. Si cum venere in hoc loco fuerit constituta ad uenerē ferat: honestos quos diximus cum gratie venustate largit. Si vero in hoc loco posita crescens lumine ad mercuriu⁹ ferat: vel cum ipso sit: faciet beatos: potētes nimiūq; cordatos: et qui felicitate ingenij aut doctrinae gratia honores gratiā dignitatēq; et patrimonij substantiā consequant. Si vero deficiens in hoc loco constituta ad mercuriū ferat: vel cu⁹ ipso sit: valitudines: vicia: mali ciam: malignitatēq; decernit. Si vero in hoc loco cōstituta in diurna genitura ad martem ferat: vel cum ipso sit laboriosos: miseros ab igne aut ex ferro: aut ex pondere aliquo quotidiane vite faciet alimeuta querentes. Si vero in nocturna genitura in hoc loco posita ferat ad martē: vel cum ipso sit militiā: gloriam: potentiam: et in his actibus decernit principatus: athletas etiā facit pro qualitate signoz. Sed qui ceteris merito virtutis preferant. Sed si in hoc loco posita in nocturna genitura crescens lumine ad saturnū ferat: vel cum ipso sit paternum ac maternum patrimonium minuet matrem aut viduam: aut cū valitudine: aut cū vitio facit. aut mala morte perire: ipsos vero in prima etate miseros ac laboriosos: pcedente vero etate felices. Si vero p diē crescens lumine ad saturnū ferat eū qui sic nat⁹ fuerit pentū morte cito faciet orbari: et primonū miser: cōpellet lacerationib⁹ dissipari. sed et ipsi pcessu etatis felicitates et augmenta p̄imoni⁹ deferentur, sed et nocte lumine deficiens hec eadē simili rōne decernit. Si vero per diē

in hoc loco posita minuto lumine ad saturnum feratur: vel cum ipso sic viciorū va-
litudinis et male mortis et proscriptioñis incommoda. Si vero locus fortune in decim
mo ab horoscopo loco fuerit inuenitus, i.e. in medio celi vel in undecimo in quo loco me
diū celi pars frequetissimis rationibꝫ inuenit: et ibi luna crescēs luminibꝫ fuerit iuuentu
t et sic ad saturnū ferat: vel si cū ipso sit et sit sol partiliter in horosc. cōstitut⁹ felices:bea
tos:gloriosos:nobiles facit: et maxie potestatis decernit insignia. Sed facit hos eosde
vicijs ac valitudinibꝫ implicari. Si vero sol nō fuerit in horosc. cōstitut⁹ et ipsa ad satur
nū ferat: vel cū ipso sit: si quid decernat superiori explicatioñi mōstrauim⁹. Si vero in hoc
loco cōstituta in diurna genitura crescēs luminibꝫ ad sole ferat: vel cum ipso sit poten
tes:factiosos:administratores:iudicesq; pficiet: et si his iupiter se aliqua societate con
iunxerit imperia largit. Qꝫ si deficiēs lumine in hoc loco cōstituta in diurna genitura
ad solem ferat processu tēporis potētiā gloriā administrationesq; largit. Si vero p no
ctē deficiēs lumine in hoc loco fortune ad sole ferat: vel cū ipso sit faciet in prima eta
te humiles, et qui sint semp decepti: sed pcessu tēporis patrimonia et gloriā: et honores: et
principatus maximos cōsequant⁹. Sed semp luna in hoc loco: et in ceteris geniture lo
cis ceterisq; signis in eadē parte cū sole fuerit inuenita nec se cōiuncta soli societate libe
rauerit periculosis et humiliibꝫ actibꝫ in prima etate eos q̄ nati fuerint implicabit. Sed
pcessu etatis post graues iacturas largit substātie facultatē. ¶ In oībus aut genituris
cursus lune te obseruare conueniet: nec tantū eo die quo natus homo prima uestigia
lucis ingrediet⁹. ¶ Sed diligēti rōne pquirere etiā tercio die debemus cui se stelle luna
vel quali radiatione coniungat: vel a quo recedēs ad quem ferat. Eo enī die nato ho
mini primum imulgenē alimēta nutricia. Inquirenduz itaq; est tēctio die an sit minuta
an plena lumiūibꝫ: et quaten⁹ eā beniuole stelle maliuoleq; respiciant. Nā et tercio die si
cuti primo et omnia simili ratiōe decernit: que si diligenti fuerint ingsitione collecta in
explicādis fatis hominū nūq; poterū erratica cōfusionē turbari.

Si luna saturni applicuerit stelle: et crescēs lumine ita se ad saturnū lo
ciate iūigat: vel si ad saturnū ferat matrī viduitatē et mulierū assiduos
dolores deceruit: ipsos facit in tēployz cōuersationibꝫ detineri: et p̄ primo
niū eoz varijs lacerationibꝫ dissipari: sed rursus pcedēte t̄pis cursu pro
prio labore aliā facit sibi p̄imonij substātiā qrere. Si vero deficiēs et mi
nuta lumine saturno iūigat: parētes faciet aut degeneres: aut seruos aut
misere infelicitatis squalore demersos: quorūdā aut matres aut debilitas premet: aut
certe faciet biothanatas interire: ipsis in annis minoribꝫ cōstitutis. Sz et ipsos facit aut
vitiosos debiles: aut oligochronios: aut malo quodā exitu intereūtes: p̄sertim si in ista
coniunctione in necessarijs geniture locis fuerit iuventa: et si in horosc. partili rōne iūigat.
¶ Si luna sese iōnis applicuerit stelle et crescēs lumine isti se societati cōiunxit vel ad io
nē ferat faciet felices:gloriosos:diuites:multoꝫ et magnoꝫ fūdorū et latissimay posses
sionū dños. Sz sic h̄stes lunā etiā futura p̄dicūt aut ppria animi diuitate aut deoꝫ mo
nitu aut ex oratū:aut art⁹ cuiusdā venerabili disciplia. Si tñ i ista cōiunctione lunā positā
de qđ: ato yl̄ de diametro mart⁹ stella nō yiderit: minuēt h̄ oīa cū maxio yite discriminē

Si vero in ista coniunctione fuerit minuta luminib⁹ faciet adoptari: vel expositos ante: postea parentib⁹ redi: per semetipso sibi patrimonia querentes: et reddit tales gradatim et processu temporis crescant: et qui habeant alicuius glorie potestatē. Sed hec tunc cōplent si sic lunā positā vel crescētē vel minutā mars de diametro vel de quadra to nō viderit: quod si sic lunā positā mars qua diximus respererit radiatione faciet expositos sempiterno seruitutis onere reprimi: aut ab ancilla matre aut debile faciet procreari: aut ipsi certe fiunt parte quadā corporis debiles et miseris infelicitatis onere p̄grauati: p̄sertim si istā cōiunctionē mars in diurna genitura respererit: vel saturnus in nocturna. Sed saturnus tūc cū minutā deficiet luna. ¶ Si se luna martis applicuerit stelle: et crescens lumine martis se societati cōiunxerit: vel ad martē ferat et sit nocturna genitura facit callidos: periculosos: violentos: sed qui frequētib⁹ soleant rōnib⁹ decipi: et quoꝝ vita sit maximis periculis mācipata: efficaces tamē et oia cōplentes: aut armis dedicatos: aut athleticis certaminib⁹ deputatos p̄sertim si in primis geniture locis furent cōstituti erūt tamē vicio laborantes: matres vero eorū aut debilitas ante perimit aut facit biothanatas interire. Si vero diurna fuerit genitura et sic se marti luna coniūkerit omni faciet parte corporis debiles: aut parte corporis amputatos: aliorū oculis nocet: aliorū stomachū: latentū vicioꝝ cōtinuationē luna debilitat: quosdā oligochromios biothanatos facit. Sed hec oia sīm propriā naturā signorū facit atq; decernit: et sīm cardinū diuersos exitus: et sīm anaphoras cardinū: et sīm ea signa que aliena eē ab horosco. societatib⁹ dixim⁹ decretoꝝ diuersa varietas innenit. In his enim signis que alimenta esse societati horos. dirimus. i. in sexto ab horo. co. vel in duodecimo loco si crescens lumine luua se marti cōiunxerit matrimonii minuit: parentes seperat ut interemptis parētib⁹ orbitatis faciet miserijs fatigari. Aliorū corpus ferri laceratione concidit: alijs talia nascunt vulnera ut nulla realia queant nisi ignitis sanari cauterijs. Largitur aut̄ artes que aut ignem tracteunt semp: aut ferrum: alios milites facit: sed qui semperitno onere milicie decernant. ¶ In quinto vero loco vel in vndecimo ab horosco. vel in secūdo vel in octauo: vel in ipso horosco. cōstituta. Si per diem ad martē luna se ferat vicia laterū: et paruu vite spaciū decernit: et biothanatos facit. Si vero fuerit in nocturna genitura: et minuta luminibus ad martē ferat: et his scilicet in quibus dixim⁹ locis: magnos: potentes: terribiles efficaces faciet: qui maximas ciuitates potestatis aliquius licentia subiungent: p̄sersim si in primis cardinib⁹ geniture sic fuerit inuenta. Si vero per diem principalibus geniture locis sic fuerit inuenta paternaz substantiā dissipat. Sed et parentes ipsos debilitat: aut biothanata morte perimit: artifices aut̄ publicos aut milites facit: sed valitudinibus aut vicijs implicatos: aut frequēter maxima pericula et violente mortis deternit exitum. ¶ Si luna ferat ad solem et ei se partiliter radiatione coniungat in qualicūq; scemate faciet periculosos: miseris: deiectos: amicis facultatibus: et omni vita humili conuersationis deiectione prostratos: interduin facit spaticos: et qui assiduis valitudinum vicijs contrahant: alios facit caducos: alijs alienationū decernit incōmoda: alijs plerūq; decernit insanias. ¶ Si luna ferat ad ve

nerē & venus partiliter radios lune venientis excepit. Si & crescentis luna se diuincioni
veneris applicauerit: faciet parentes nobiles: & maxime potestatis potētia subleuatos.
Sed qui nati fuerint a parentū affectibus separatis cito onus misere orbitatis indicit:
erunt sane noti semper & nobiles: & qui semper in omni actu proficiat: & qui omnia que
desiderant facile consequant: & qui potentie maximis honoribus fulgeant: plena venu
statis & gratie. Sed omnia incremēta processu temporis consequant. Si vero luna de
ficiens sic feratur ad venerem magnos actus honores maximums & magne potestatis
decernit insignia: & quibus a potentibus & a prima etate magne felicitatis conserant
augmenta. Sed hos facit assiduis infamari rumoribus. Sed & semper luna in omni
ortus sui figuraione si fera ad venerem facie prepostoris annorum vicijs implicatos
& qui ob hoc assiduis pulsant infamijs impuros: libidinosos: & circa amores mulierum
& modica semper cupiditate flagrantes: & quos ad nefarios coitus incesta: cupiditas
semper incendat: aut enim sorores suas semper stuprant: aut sororū filias: aut uxores
filiorum: aut uxores priuignorum: aut cum nouercis suis coeunt: aut concubinas pa
trium latenti cupiditate corrumpunt: aut patruis per illos similis irrogatur iniuria: pre
sertim si istam cōiunctionē mars de diametro respererit. Nam si sit diurna genitura &
luna in cardinibus geniture posita sic fera ad venerem: mars vero in occasu vel in me
dio celi fuerit inuentus ob hoc facinora que diximus gladio faciet interire. Si vero in
mulieris genitura sic luna fera ad venerem erit inuido stridore semp impatiens & que
ad promiscuas libidines prauis cupiditatibus erigat: & que incestarū & illicitarum cu
pidinum vota concipiāt & impuris semper libidinū cupiditatibus estuet: aut enim cum
fratribus: aut cum filiis coit: aut cum filiis fratum: aut patruelis suos illecebros suis
captos ad genialis iniuriā thori priuignos prepostero adducit cupiditatis ardore: aut
affines suos sibi stupro cognitos iungit: alias viragines facit: preseruum si in tropicis: vel
in erraticis signis: vel in duplicitib: vel in squamosis venus constituta si ad eam luna si
cuit diximus perget: ipsa quoq; in signis similibus constituta. Sed hec fortiori concitat
ardore: si istum cursum lune mars vel saturnus quadrata vel diametra radiatione re
spererit: vel si venus hisdem ceperit radiationibus intueri fortiora hec autem mala si
venerem vel lunam in saturni vel martis domo sic sicut diximus constitutas sine op
portuno testimonio iouis: mars vel saturnus quadrata vel diametra radiatione respe
xerit: & sit plena lumiuib. **C**Si luna ad mercuriū fera & ei se cursus sui radiatione con
iungat: & sit plena luminibus faciet cordatos ingeniosos: oratores summe eloquentie
fulgentes: presertim si mercurius in opportunitis geniture locis in signis suis vel in par
tibus suis fuerit inuentus: & eum iupiter trigonica radiatione respererit: tunc enim litté
rarū merito & eloquentie splendore maxima illis conserant insignia: hi enim populi le
ues animos & turbulentos seditionibus concitatos eloquentie sue potestate conpescūt
& surentes animos & perditi furoris indignationibus concitatos orationis sue possint
licentia mitigare: scient cōpios: scient musicam: palestricam semper exercebunt: & cele
stium ac diuinarum disputationum secreta cognoscunt: ex quibus occasionibus glorie

substantia: et maximus illis decernit principatus. Si vero ad mercurium sic positum: tali testimonio iouis ferat luna faciet rationibus preponi fisci semper aut populi vel certe tales reddit quibus res deposita vel a peregrinis rationib[us] credant: faciet etiam his pecuniarum actus assiduis conuersationibus credi. Si vero deficiens luna ad mercurium ferat faciet malignos: maliciosos: sceleratos: instabiles: cupiditatis errore dubios: et qui oia consilia multiplicent erratica semper dubitatione suspendant: et qui actus suos assidua cōmutatione cōuertant: et qui res sibi creditas abnegent: vel absconsas publicare desiderent: et qui cōmissa sibi cōsilia publicent his delatioibus deferant in posteros maligna semper cupiditate fallentes: aut qui cum efractoribus: aut cū furibus conscientiam iungant: vel certe: p[ro]si erunt fures: aut efractores: erunt sane corpore debiles: languidi: viciosi: et quos semper maliciose humorib[us] egritudo cōparata debilitet. ¶ Si vero luna sic fuerit collocata ut ad nullum ferat: nec alicui se stelle propria radiatione coniungat nec cardines beniuolū fidus obsidet faciet pauperes deiectos: et qui ab omnibus sint necessarijs destituti: et quibus quotidiane vite subsidia deuegent: et qui ad substen- dam vitā semper aliena presidia desiderent: et qui paupertatis angustiā misera mēdicatio- ne sustineant: erunt aut a parentibus infamijs inferiores: corpus vero eoz debile: lan- guidū: et assidua macie cōfectū: impugnabunt malignis humoribus: et assiduo tumore vulnerū fatigabunt: sed illis intra cutem malignus humor semper illabit articulis ob- ligatus: presertim si per vacuū currens quā greci cenodromen dicunt ad saturnum vel martē quadrata vel dia metra radiatione pulset: vel si per vacuū currens tertio natalis die a marte vel saturno eadē qua dixim radiatione fuerit pulsata: vel si maliuole stelle in cardinibus fuerint cōstitute. Verū si sic currens. i. per vacuū beniuolarū stellarū fue- rit radiatione cōiuncta in prima etate vacuos faciet semper et nudos et assiduis faciet laboribus fatigari: et miseriā assiduis rationibus quatit: maximis sudoribus et maxi- mis laboribus presidia querentes: et cum vicinos eos felicitatib[us] fecerit a sumo gradu caduca rursus facit deiectione delabi: et interdū usq[ue] ad summū perductos nō patitur plenam apprehendere felicitatē. Per varia enim signa cursus suos dirigens primā eta- tem facit miseris ac varijs infortunijs casibus implicari. Sed cum animū et corp[us] gra- ui infortunijs cōtinuatione quasi auerit: et multis iuuentutem periculis fregerit. et hac atq[ue] illac misera peregrinatione pertraxerit: tunc multoꝝ bonoru: et maxime felicitatis decernit augmeuta: ut quantū prime etati infortunijs fuerit derogatū tantum posterio ri etati felicitatis cōferat. Si vero per vacuū currens saturno: et postea se marti coniun- xerit infelices: lunaticos: caducos faciet: et qui prima etate usq[ue] ad nouissimā vario infe- licitatis genere deprimant: faciet pauperes: miseros: destitutos: et quoꝝ corpus sit ma- le pendētib[us] nudū: custodes sepulchrorū: aut qui perpetua carceris pena claudant. ¶ Ex plicatis cōjunctionib[us] lune: et diligentī significatione mōstratis ad aliā interpretationem trāfserat oratio: ipsius sc̄z lune ne quid a nobis in tam subtilibus disputationibus pre- termissem esse uideat. Presertim cum tota vite substantia ex istius numinis cursibus colligat.

ASaturno defluens luna si se iouis stelle coiunxerit: vel ad iouem feratur si crescentis isti fuerit socius: ati coiuncta faciet locupletes: diuites: copiosos claros: nobiles: magnis populis: vel magnis civitatibus prepositos: alijs hereditates maximas: alijs thesauros: alijs maxima dona largit. Si vero fuerit minuta luminibus nihil tale decernit: sed facit procuratores: curatores: aut quibus priuatarum rerum tuatio tradat: et qui peregrinis negotiationibus immarentur: aut gubernatores: aut naucleros: aut vectigaliū conductores redit: et quorum actus circa aquam ius cōdictionis exerceat: ut ex ipsis artibus parua illis substantia ferat. **C**Si saturno defluens luna ad martē si se coiungat plena luminibus: valitudines et vicia decernit: et prima iuuentute faciet interire. Si vero minuta luminibus matris lōge ac maxime egritudinis tormenta decernit: et quibusdam facit eam vicijs obligari. Sed et male mortis eidem matris discrimen impingit: ut assidue vomens sanguinem pereat: et ipsos facit qui nati fuerint misere orbitatis languoribus fatigari: aut parentes eorum perpetua dissensione dissociari: sed et paternā et maternā substantiam varia laceratione dilapidat: et assidue illis ferri vulnera infligit: et tales decernit egritudines ut curandi gratia medela illis cauterioꝝ adustionibꝫ conferat: faciet etiam absconsarū artū assiduos labores: aut longe egritudinis laboribus demersos vite munus implere: aut facit biothanatos varijs generibus interire: aut enim submersi fluentibus aut incensi depereunt: aut laqueo se suspendunt: aut gladio se extingunt. **C**Si a saturno defluens luna ferat ad solem maxima infortunia et maximas decernit calamitates faciet enim insanos: lunaticos: caducos: hydropticos: helephantiacos. Sed hec infortunia pertinaci assiduitate perpetuat usq; ad ultimum diez vite ut ipsis calamitatis laqueis implicent. **C**Si a saturno defluens luna veneris se stelle coiungat si crescentis fuerit faciet magnos nobiles et potentes: felices: locupletes: et diuites: et magne quidē potestatis: seu libidinosos: et qui ex ipsis graui pulsant infamia. Si vero fuerit minuta luminibus prauas amorum decernit illecebras: aut impuris: et impudicis facit libidinibus implicari: aut turpes actus assidua cōtinuatiōe decernit. Sed nihilominus facit hos eosdem querentes et habentes maximas substantiae facultates: et quibus pecuniarū presidio et felicitas et potestas maxima cōpareat. **C**Si a saturno defluens luna mercurij se stelle coiunxerit: si crescentis fuerit facit obscuros et absconsos: et tacitos secretarū et illitterarū literarū consicos: aut celestibꝫ religionibꝫ occupatos: aut peritis cōputationibꝫ interpretantes fidetur cursus: facit etiam negotiationibꝫ prepositos: vel liberaliū artū publicos magistros: facit oratores eloquētie splendore fulgentes aut medicos cunctorum testimonijs adornatos. Si vero fuerit minuta luminibus: aut sonū vocis impediat: aut aures obtundit. Sed et corporeos qui sic habuerint misera fatigatione destilat: facit melancholicos: ictericos: spleneticos: tussicos: hydropticos: pleumaticos: et angusto meatus cum acerbo doloris incommodo collectū vesice stricti tumorem.

GIa ioue defluens luna ferat ad martē et sit nocturna genitura: et crescentis luna sic martis societati iungat: facit magnos potentes ciuitates vel regiones maximas suis viribus obtinetes: sed cum sollicitudinibus et cum periculis istius

decernit potentie potestate. non erunt tñ hi sine vicio aut valitudine: sed existunt tales qui facile cuncta patiant: presertim si in principalib^z geniture locis mars fuerit inuent^z qd si in deiectis loc^z marte ostituto sic ad eū luna ferat ignitas artes decernit: sed ipsos facit humiles et abiectos: et valitudines: et vicia: et male mortis discrimina freqnti rōne decernit. Si vero per diem luna a ioue defluat crescens: et stelle se martis associauerit faciet expositos: seruos: miserios: onere mendicitatis oppressos: vicijs ac valitudinibus implicatos: et quoz seruit^z captiuitati fit similis: et qui vitā violenta morte depdant. Si vero luna deficiēs in noctna genitura a ioue defluat et feratur ad martē claros faciet: et si mars in principalib^z geniture loc^z fuerit inuent^z: et luna minuta luminib^z in noctna genitura a ioue defluens ferat ad martē faciet indices: duces: et quib^z sumuz potestat^z credas imperiū. Qd si in deiectis geniture locis mars fuerit inuent^z: et si sic vt dixim^z ad eum feratur luna faciet milites athletas: aut qui ex igne et ferro qrant sibi vite subsidia aut medicos chirurgicos facit. Si vero per diē deficiens luna et a ioue defluens ferat ad marē paternū ac maternū patrimoniu dissipat: et pentes in prima etate ei^z pimens onus extreme mendicitatis imponit: alijs vicium acerbi doloris infligit. facit interduz seruos: interduz captiuos: pleriqz biothanatos: presertim si sic currrente luna mars in cardinib^z geniture fuerit inuent^z: vel si in anaforis: vel catastoris sit. tūc enim qdixim^z erunt cū in his locis ostituta marte luna ista societate cōiungerit. **S**i a ioue luna defluens feratur ad solem paternū et maternū patrimoniu varia dilaceratione dissipabit et ipsos a parentib^z alienabit: aut in longinqz pegrinatione ostituet: alios exules: alios fugitiuos facit: et alijs seruitutez: alijs onus captiuitatis imponit: presertim cum in domo saturni vel martis sol vel luna fuerit inuenta. **S**i a ioue luna defluens ferat ad venerē si sit crescens vel plena luminib^z facit pentes nobili potestatis auctoritate pfulgidos: et qui fuerint maximā potentiam osecuti: sed alienari a suis tunc qui natus fuerit cogit: et cito eum orbaū parentib^z facit. sed nihilomin^z etiā ipsi potentia: gloriā: nobilitatemqz decernit. sed hec oia post pcessu largitur etatis: et ab vxorib^z maxime felicitat^z decernit augmentū. facit etiam ipsos venustos: gratos: lepidos: et quib^z ex gratia vel venustate potestas maxima comparet. **S**i vero a ioue defluens ad venerē ferat minuta luminibus: et sit in principalib^z: vel in necessarijs geniture locis infinita felicitat^z incrementa decernit: et erit numī felix in cuiuscunqz genita sic fuerit inuenta. decernit eni honores potētias: fasces ptextas: et magnifice potestatis insignia: et quib^z a parentib^z hoc digni tatis meritū conferat: et in primo etatis gradu positis potētissime dignitat^z ornamenti decernit: et vxori et mulierib^z diuiniarū et felicitatis facit incrementa oferri. **S**i a ioue defluens luna ad mercuriū feratur plena luminib^z facit triticos. i. indices: bonos: benignos: gloriosos. erunt enim aut exactores fiscalium prestationū: aut religionib^z ppositi: aut iuris interptes: ex quib^z occasionib^z maxia ill' felicitas: et diui ie maxime cōserunt ut ipsa felicitas per omne vite spaciū pseueret. Si vero minuta lumine a ioue defluens ferat ad mercuriū ex literis vel ex disciplina aliqz: aut ex horreis: et ex negociationibus faciet vite substantiaz: vel subsidia qrentes: et quidā hereditates alijs consequunt: alijs inuenient: alijs cōmendatas sibi res abnegant: vt ex ista p̄sidia patrimonij sibi presidia

cōparent. **C**Si a ioue desfluens luna ad saturnū ferat et sic crescens vel plena luminib⁹ faciet ab extraneis adoptari: vel ipsos alienae sobolis pres: aut minoꝝ tutores vel p̄catoꝝ ratores facit. alij expositos vel subiectos filios post multū t̄pis spaciū innenire cogunt̄ erunt aquosis semp atq; humidis actib⁹ implicati: aut assiduis pegrinationib⁹ errātes aut pegrinariū mertiū gratia nauigantes: vt ex ista uersatione vite illis p̄fidia querant̄. Si vero minuta luminib⁹ a ioue desfluentes ad saturnū feratur: aut exponi faciet: aut onus seruitutis imponit: aut infortunii immere captiuitatis indicit: aut alia vicia: aut valitudines facit: vt omnis vita eorum graui doloris acerbitate confecta cito finē misere mortis incurrat. q̄ si nocturna fuerit genitura et luna minuta luminibus a ioue defluens ad saturnum feratur facit quolibet genere biothanatos interire.



Marte desfluens luna si feratur ad soleꝝ maxima vicia valitudines decernit: et breuitatē t̄pis tribuit: et facit biothanatos interire: et generaliter maxima infelicitas decernit incōmoda: quosdā vero sic posita facit in extraneis et in peregrinis finib⁹ interire. **C**Si a marte desfluens luna ferat ad venerē et sit crescens vel plena luminib⁹ facit adulteros libidinosos: amatores: et veneris semp cupiditatib⁹ deditos: frequenter periculoꝝ casib⁹ implicatos. exercebunt autē artes pigmentorū et aromatū: aut lapidum: et margaritarū: et fiunt freqnter ex ista lune societate tintores metalli etiam cuiſdam comertia tractabunt: et fiunt pro signoꝝ vel locoꝝ qualitate caupones: vt ea que ad victū vel potū sunt necessaria famosis et publicis mercimonis parent. Si vero a marte desfluens minuta lumine sic ferat ad venerē efficaces: beatos felices faciet: sed diuites. his sane mulieres sollicitarunt et auferunt locupletes: sed in alieni iuris uxores ex quib⁹ comparabunt illis maxima felicitatis insignia: nā per has mulieres honestatē maximo dignitatis ornatū: p̄sertim si sic nocturna genitura sit: faciet laboriosos et varijs operib⁹ inherentes: et qui ob res venereas freqnti pulsēt infamia: et quos semp primiscue libidis vota sollicitent. **C**Si a marte desfluens luna ad mercuriū ferat plena lumine in nocturna genitura milites faciet et athletas glariosos interdū: alios publicis et gloriōsis officijs p̄poni: sed erunt maligni: maliciosi: et quorum cupiditas ad omne facinus per dies singulos crescat. erunt enim aut carnifices: aut spiculatores: et quibus deferendi licentia publica cōmittatur auctoritas. Si vero per diem ista se luna societate ciungat: et sit plena lumine decernit misere dānationis incōmoda ut sententiā iudicis subire cogant̄: et fiant ex ista dānatione biothanati. Si vero minuta lumine in diurna genitura a marte desfluens ad mercuriū ferat infinitis īmersum cupiditatibus decernit. facit enim crassatores: latrones: sed qui in isto dephensi facinore se uera iudicantis animaduersione plectant̄. alij premunt̄ cadentū ruina tectorū: alios a recte vite cursu mittit ad insanias. Si vero minuta lumine fuerit in nocturna genitura faciet carcerē p̄positos: custodiariūq; custodes: et qui ex hoc officio p̄moniū sui substantiā cōparent. erunt sane amatores nauium et athletarum: et qui quadrupedia aialia assiduis officijs psequant̄: habebunt sane vicia et assiduis periculoꝝ incōmodis decernunt̄. **C**A marte desfluens luna si plena vel crescēs ad saturnū ferat facit tardos: pigros: et qui ad nullos

actus possint perficere: et qui nihil ex his que desiderant consequantur. Matrem vero autem vidua reddit: aut viciis: aut valitudinibus implicata: sed hanc eandem male mortis fine perimit: ipsorum patrimonium assiduis lacerationibus dissipat. facit eos etiam variis viciis implicari. Si vero deficiens lumine: et a marte defluens ad saturnum ferat famas: erit crudelis: et valitudinesque decernit: facit lunaticos: emoricos: clodos: paleticos: giberosos: oligochronios: aut si nihil horum fuerit facit biathanatos. Quorundam vero matres aut pres pro signorum qualitate aut viciis oppressos ante perimit: aut facit biathanatos interire. ¶ Si a marte defluens luna plena vel crescentia lumine ad iouem feratur in opportunitate geniture locis facit duces: ducetes exercitum: potentes: imperiosos: et qui sunt omni ratione tribiles: et qui pruincias ciuitatesque potentie sue potestate possideant: erunt sane diuites locupletes: pecuniosi: et qui oportet volunt facillimis rationibus consequantur: et qui sunt in omnibus certaminibus afflictione victores. Si vero sit minuta lumine: et sic a marte defluens ad iouem ferat faciet publicis quibusdam certaminibus destinatos: sed qui semper preconio bonitatis ornantur: aut gloriosos milites facit: et his assidua felicitatis incrementa decernit: et hos eosdem crebris honorum promotionibus late patrie: et variis facit generibus gloriosos: latentia tamen vicia infligit: et frequentibus facit valitudinibus implicari.

Si a sole defluens luna feratur ad venerem: et sit diurna genitura faciet steriles: et qui sobole generare non possint: et qui difficile coniugalibus copulentur affectibus: aut enim steriles: aut anus: aut ancillas: et ipsas nihilominus steriles uxores ducunt: ac puerorum turpes ac miseris coitus sectantur: ex qua causa filiorum illis soboles in perpetuum denegentur: erunt sane posteris amorem viciis obligati: aut impuris: aut turpibus cupiditatibus dediti: seruilibus semper studiis: et seruilibus actibus occupati: facultates nimias comparantes: et per semet ipsos vite sibi subsidia maria querentes: et qui felicitatis augmenta processu temporis sequuntur. Si vero per noctem a sole defluens luna ferat ad venerem multas decernit uxores: facit communes: gratos: acceptos: et magnos actus: et magnis actibus se imiscentes: et magnas decernit facultates: erunt nobiles glorie splendore fulgetes. facit autem impiosos: potentes: diuites: et quibus maxima felicitas feratur. prout si nullum deorum saturnum quadrata vel diametra radiatio pulcherrima. tunc autem he felicitates: et hi honores decernuntur: si in necessariis geniture locis fuerit ista coniunctio. ¶ Si a sole defluens luna ad mercurium ferat: et sit diurna genitura facit in vita et in actibus piculosos: et moribus malis: et sacrilego semper errore posteros: et diuinitatem negantes. sed hi etiam commendatas res sibi abnegant. Si vero per noctem a sole defluens luna ad mercurium ferat: facit publicos tabelliones ex quibus literis querunt vite subsidia: erunt tamen ex hoc studio in suis ciuitatibus ornati: et qui omnibus eiusdem negotiis vires cunctorum iudiciorum preferantur: frequenter tamen si eos iupiter trigonica radiatione respergerit cura ciuitatis mutationeq; suscipiuntur. erunt autem difficilium literarum aut sophie cuiusdam inuenientes: aut celestibus religionibus dediti: et quibus diuinitatis scientia credantur: aut absconsarum: aut illicitarum litterarum actibus inherescunt. alii absconsas res inueniuntur: alijs confertur hereditas: si tamen alieni ab his fuerint mars pariter et saturnus. ¶ A sole luna si ad saturnum ferat: et sit diurna genitura patrimonium dissipat: parentes dividit: et ipsis misere orbitatis indicit incomoda: sed processu temporis

ipsis maximam substantie facultate: et magnarum felicitatū tribuit augmenta:
et multorum fundorum dominia largitur. Si vero per noctem defluens luna ad saturnū
feratur orbitates decernit: et patrimonia minuit: et malarū peregrinitati decernit inco-
moda. facit etiā grauia vicia et graues valitudines: aut periculorum grauium et violentorum
facit casibus implicari. **A** sole defluens luna si feratur ad iouē: et sit diurna genitura
a parentib⁹ fortune et felicitatis largit⁹ insignia. quidā regiones aut ciuitates maximas
obtinebunt: erunt tñ ultra modū beneficio felicitatis ornati. Si vero per noctem a sole
defluens ad iouem feratur faciet per se metipos sibi facultatū substantiā comparates:
et qui sint assiduis peregrinationibus dediti: sed hos in prima iuuentute decipit: et cum
fuerint profecti tuis etatis gloria cōmendationes: bonas et idoneas decernit sibi sub-
sidij facultates. **A** sole si defluens luna ferat ad martē: et sit diurna genitura parētes
eius celeri morte p̄sternit: ut sic ipse orbitatis onere deprimatur. pereunt autē parentes
ex ista coniunctione frequenter biothanati: et ipsis qui nati fuerint decernit viciosa luminū
cecitates: aut facit eos amputata parte corporis debiles: aut i prima eos perimit etate
vel si nihil hoc fecerit faciet biothanatos interire. Si vero per noctem a sole defluens
luna feratur ad martē: facit violentos: crudeles: et qui periculosa semp facinora cōmit-
tant: aut facit vicijs et valitudinibus implicatos: actus tñ publicos militiamq; decernit
aut athletas facit gloriosos pariter: et presertim si mars et luna in necessarijs geniture
locis fuerint inuenti. Si vero in delectis locis fuerit ista coniunctio sine alicuius bone
stelle testimonio patimoniū minuit: orbari parentibus facit: humiliat vitaz: vicia va-
litudinesq; decernit: aut certe biothanatos facit interire. actus vero aut ex igne: aut ex
ferro: aut ex metallo facit: aut tales certe qui semper in laboris continuationib⁹ deterans.



Venere defluens luna si feratur ad mercurium si sit crescens vel
plena luminib⁹ defensores vel procuratores facit nobilū feminarū:
et qui mulierū presidio ordinē aliquem pmotionis accipiunt. erūt
autēz et tinctores: aut margaritarij: aut armorum inuentores: musici
frequenter incliti: et medici: aut athletarū principes et magistri: sed
libidinosi: et assiduis amorum cupiditatibus subditi: grati tñ et circa
venereo coitus amabiles. Si vero a venere defluens minuta lu-
mine ad mercuriū feratur vicia: impuritates: valitudinesq; decernit
act⁹ vo varios multplicesq; facit: aut oratores: aut tortores: aut plastras: aut scūptores
faciet: aut pigmentarios: aut coloz reptores: aut farmacopilas: aut popinarios facit:
et qui alienarum voluptatum et delectationuz curam sollicitudinēq; sustineant. **S**i a
venere defluens luna ad saturnū feratur si sit crescens: aut plena luminib⁹: et sit noctina
genitura: aut puecie etatis dabit vxorē: aut publicā mulierē ad cōsortium thori genial
adducit: aut ex affinib⁹ aliquā sortitur vxorē: vt presidio tñ coniugis honoris princeps
locū et incrementa dignitatis: et pmotionis insignia sequat. Si vero a venere minuta
defluens luna in diurna genitura ad saturnū ferat facit pessimis libidinū cupiditatib⁹
et viciosis voluptatib⁹ deditos: et qui ex libidinosis actib⁹ crebra pulsū infamia. erunt
sane turpes: erratici: et seruili defectione miseri: locatores mereiticū: aut certe lenones.

Si vero mulieris sit ista genitura erit publica meretrix: et que vite subsidium in publico
constituta loco pudoris iactura querat corporis. Si vero a venere defluens luna in nocturna
genitura ferae minuta luminibus ad saturnum aut steriles: aut eunuchos: aut archigallos
aut hermofroditos faciet: aut certe tales qui muliebria pati misere libidinis cogantur
ardore. erunt sane oligochroni: aut biothanati. Si vero a venere defluens luna minuta
luminibus per diem ad saturnum feratur faciet viciosos et debiles: et quos maligni semper
humor infestet. circa aquam tamen dabit actus: sed qui miseris laboribus continuationibus
defatigantur. aut enim ex altis puteis cottidiana opere aquas leuare coguntur: aut iubent
assidue lacunas cloacarum purgare. aut erunt ortulani sed miseris: aut nautes: aut aquarii:
aut pescatores: aut vynatores. sed hos actus signorum frequenter qualitas mutata dabit
faciet enim bubulcos: armentarios: equarios: pastores: et qui iumentorum stabula purgare
vel mundare iubantur: sepulcrorum etiam plerumque facit custodes: aut lacte pollinctorum
facit qui sepeliendoz hominum curam cunctorum iudicio consenserunt: suscipiant: sed hec pro
locorum vel signorum varietate decernit: de qua varietate etiam in alijs apotelesmatibus
plenissime diximus. ¶ Si a venere defluens luna ad iouem ferat faciet magnos: potentes:
et nobiles: et ciuitatibus propertos. quosdam vero facit presidio mulierum subleuari: erunt
sane grati: venusti: amatores mulierum: et qui venustatis gratia omnia que desiderant
consequantur. Si vero defluens a venere minuta lumine ad iouem ferae de mulieribus
dabit subsidia facultatum: et reddit tales quibus a prima etate parentibus felicitatis et
glorie gratia conferatur: alijs hereditates dabit: alijs lucra maxima inuenire coquuntur:
aut in templis honorata decernit officia. ¶ Si a venere defluens luna ad martem ferat
in diurna genitura: et sit luna crescentes vel plena luminibus amoris alicuius instinctu misere
calamitatis decernit exicia: et ob hoc graue periculoz discrimen indicit ut ad custodias
carceris: et ad damnationis crimen accedant: et qui propter hoc biothanata morte de-
pereant: alios facit expoliari: alios subiugari: alios facit misero onere captiuitatis ad-
dici: pro locorum scz potestate. Si vero a venere defluens luna per noctem feratur ad
martem: et sit crescens vel plena luminibus facit artificiosos: violentos: semper et callidos
et qui vicii et valitudinibus implicitur. Si vero a venere defluens luna in nocturna
genitura ferae ad martem facit homines terribiles et potentes: qui regiones maximas
suis virtutibus ac potestate subiugant. presertim si in horoscopo: vel quinto ab horosc.
signo aut mars fuerit: aut luna. nam si in ceteris locis fuerit ista coniunctio: aut artificiosos
facit: aut athletas: aut milites: sed qui assiduis periculis casibus implicitur. Si vero
a venere defluens minuta lumine in diurna genitura feratur ad martem patrimonium
misera laceratione dilapidat: et ipsos facit deiecta humilitate miseros: et vicia valitudi-
nesque decernit: alios facit exiles: alios in fugam vertit: alijs onus seruitur: impunit: alios
in primo vite cursu perimit: facit plerumque biothanatos mulierum causa: vel propter amoris
alicuius illecebras: ob hoc enim insidias: pericula: damnationesque decernit. ¶ Si a venere
defluens luna feratur ad sole parentes acerba dissensione dissociat: ut ipsis onus dire-
orbitatis indicit: primonij et vite decernit angustias: impuros facit et qui miseris amoribus
amplexibus implicitur: sed cum primum iuuentutis tempus exierint processu temporis

augmenta patrimonij: t quicquid desiderauerint facile consequantur.



Ia mercurio defluens luna plena lumine ad saturnum feratur et sit diurna genitura: aut balbos facit semp: aut surdos: aut verba eorum tardo sono vocis impedientur. habebunt autem actus: aut ex rationibus: aut ex magisterijs: aut ex negociationibus: aut ex peregrinationibus: aut ex verbis interpretationibus: t secreta celestia semper insinuant. alij vel carceris custodiarum curaz tuitioneq; suscipiunt: vt ex istis actibus vite illis subsidia querantur. Si vero per noctem a mercurio defluens luna plena lumine ad saturnum feratur faciet circa aquam semp assiduis laboribus fatigari operarios sempiternis laboribus deditos: t qui corpus suum ad opus aliquod locare consueuerunt laboriosis humeris ac dorso vite subsidia querentes: alios in custodia constituit: alios intrudit in carcerez: alios publicis iudicis optionit: alios damnari: alios squalore carceris: t publicarum custodiarum oppressos sortib; coinquinatos ac deformes facit interire: presertim si in maluolarum stellarum signis fiat ista coniunctio. Si vero a mercurio defluens luna minuta lumine ad saturnum feratur faciet mendicos: paupes: panis obsitos: t misere egestatis calamitate demersos: alios seruire in templis facit: alios vagari compellit. facit plerique lunaticos: aut sacrarum valitudinum vicia decernit. facit caducos t misera cōmotione dementes. Si vero a mercurio per noctem defluens luna minuta lumine ad saturnum feratur aut exponi facit: aut squalorem misere seruitutis imponit: aut onus acerbe captiuitatis indicit: etiam maximas valitudines aut vicia decernit: aut in prima etate temporis perimit: aut facit aliquas ratione damnari. q; si nihil horum fuerit facit biothanatos interire. **S**i a mercurio defluens luna ad iouem feratur facit magnos: potentes: quibus imperatorum litere ac secreta credantur: aut qui regias opes regiosq; thesauros fidei tutatione custodian: t qui in regia domo iubendi vel disponendi habeat potestatem. facit plerique magistros nunciosq; regum: sed t neocoros aut prophetas facit: aut principes sacerdotuz: aut ex istis honoribus: aut ex his occasionibus maxima illis felicitatis conferantur insignia: aut vt ex his actibus potentium diuiniarum incrementa cōquirant. **S**i vero a mercurio defluens minuta lumine luna ad iouem feratur: aut rationibus preponit: aut fenoris negociationib; facit esse prepositos: aut facit actores: et tales quib; publica vel fiscalia instrumenta credantur: aut ponderibus publicis: aut fiscalib; facit preponi: aut priuatarum litium iudices facit: aut ex his actibus maxima facultatum incrementa decernit: t felicitatis largitur insignia: alijs hereditates decernit: alios res depositas t absconditas inuenire compellit: apud alios res cōmendate remanent: t apud eos sine fraudis vicio perseuerant: vt ex istis rebus gloria: t substantie illis magna felicitas comparatur. **A**mercurio defluens luna si feratur ad martez in diurna genitura: t sit luna crescens vel plena luminibus faciet irreligiosos: periuros: fallaces: t quorum malicia ad omne facin? per dies singulos crescat. erunt efractores: fures: t qui tempora sacrilego furore semper explicant. erunt latrones: homicide: t ad neces hominum semper armati. sed in his cōprehensi facinoribus custodie vinculis carcerisq; traduntur: t gladio secura iudicis a-



nimaduersione plectuntur: aut quolibet genere ob hec facinora biothanata morte de-
pereunt. Si vero sit nocturna genitura: et a mercurio defluens luna plena vel crescens
ferat ad martem duces ac tribunos milites: sed terribiles et tyrannicis potestatibus
subleuatos: vel defensores: aut presides ciuitatum: aut qui nunquam iustarum potestatum
licentia persevererent: et qui vario genere semper offendant: quorum alii vertantur in fugam:
alii in exilium dantur: alii biothanati intereunt: prout si in principalibus geniture locis
mars et luna fuerint inueni. Si vero in deieciis genite locis a mercurio defluens luna
in nocturnis geniture locis plena lumine feratur ad martem paricidalem scelerum fa-
cinora decernit: aut enim filios paricidali perimunt furoris amentia: aut illos ad fra-
ternas neces furor prepostere cupiditatis impingit: aut parentibus per ipsos paricidale
infertur exicum: aut affines suos ingulat: aut auersi coniugales affectus genialentibus
sanguine laniate iugis polluunt: ut omnifaria vario furoris instinctu paricidali gra-
sentur insanis. sed hec pro locorum ac signorum varietate decernuntur. mors vero eorum
violentia erit semper et afflita. aut enim propter seruos: aut propter personas in custodia
redactas: aut propter damnatos homines graue illis periculorum discriminem infertur
et propter hoc damnati publica morte depereunt. Si vero minuta lumine in diurna ge-
nitura a mercurio defluens feratur ad marte faciet falsarios: maleficos: et efractores
fures: aut latronum conscos et receptores: ex quibus criminibus: aut in custodia con-
stituuntur: aut seuera animaduersione damnantur: alii fiunt publici carnifices: et quibus
publice animaduersonis officia credantur: aut exceptores personalium causarum fiunt
ut officia pertractent: ut adiutores fiunt huiuscmodi hominum damnatorum: aut car-
ceris publici fiunt ex ista coniunctione custodes. Si vero minuta lumine a mercurio de-
fluens luna feratur ad martem in nocturna genitura: aut milites custodes armorum:
aut athletas: aut quibusdam certaminibus destinabit: efficaces: terribiles: famosos: et
quorum officium ad omnium celeberrimorum noticia ore perueniat. qd si in horoscopo
vel quinto ab horoscopi loco mars vel luna constituta fuerit: ista coniunctio faciet eos
violentio quodam genere mortis extingui: in ceteris enim geniture locis vicia: valitudi-
nes: pericula: et laboriosos actus: et assiduas vigilias: aut violenta quedam negotia de-
cernit. sed hec omnia sicut frequenter diximus ex signorum diversitate variantur. in si-
gnis enim tropicis constituto marte si a sole vel a mercurio defluens luna in malicio-
larum stellarum signis constituta feratur ad martem per diametrum vel quadratum:
aut si se illi vicina: aut partili societate coniungerit faciet pellariorum: corarios: callicarios
coquos: ferrarios: ex igne vel ex ferro artes suas officiaque coplentes. Si vero in vene-
ris signis ista coniunctio fuerit faciet linteones: tintores: plasias: aut tabernarios. Si vero
in mercurij: aut in martis domo fuerit ista coniunctio amatores armorum: aut palestre
facit: et publicorum negotiorum officia tractantes. Si vero in domo iouis fuerit ista con-
iunctio tribunos: duces: ac magnarum legionum prepositos: aut ciuitatum vel prouinciarum
presides facit. Si vero in domo saturni fuerit ista coniunctio grauia: et misera
vel scelerata decernit officia: aut enim tortores: aut carnifices: aut delatores faciet: aut
bestiarum venatores: et marsos: tales qui aspides venari consueverunt: agrestium pecorum vel

bestiarū migrōs faciēt: alios pīscatores: aut aucupes: alios ex puteis altissimis assiduo labore aquas leuare compellit: alios agrestium locoꝝ vel ortorū operarios facit: alios nauclerios: naupecos: vel gubernatores: alios structores: alios lapidarios: alios pollinatores facit: aut per ipsos sepulture semper officia tractantes. Si vero in domo martis fuerit ista coniunctio multiplici genere decreta variantur. **S**i a mercurio defluēs luna ad solē feratur aut mente captos: aut lingua impeditos: aut surdos efficit: aut paupes et miseris egestat: squalore depressoꝝ erraticos semperq; peregrinos: et qui nunq; sedē domiciliūm q; constituant. sed hec infortunia processu temporis temperantur: expleto tempore iuuentutis parua illis ex varijs actibus vite presidia querunt. **S**i a mercurio defluens luna in nocturna genitura plena luminib; feratur ad venerem facit eos publicis actibus prouidentiā habere: et in omnibus actibus inueniunt principatū glorie: et magne felicitatis incrementa decernit: alios oratores facit: sed affluentia sermonis: alios poetas facit: et eos diuinoꝝ carminū auctoritate nobilitat: aut in officiis deorum vel in officiis imperatorꝝ assidua honorum continuatione constituit: aut ex personis et commendationibus mulierum: aut ex mulieribus quibusdam actibus ad felicitatem et potentiam p̄ducit: cum gratia venustatis. **S**i vero a mercurio defluens luna plena luminibus feratur ad venerem aut aromatum pigmentarios faciet: aut coloꝝ: aut medicamentoꝝ: aut preciosorꝝ lapidum repertores: aut preciosas tunicas arte sua facientes aut organarios: aut pantomimos: aut qui se ad omne genus salutationis affectēt: aut qui alios dulci voce delectent. sed mediocres in vita: et qui neq; abundā facultate: nec necessariorum angustia deprimentur. sed his ipsis augmenta facultatuꝝ processu ipsis conserant: in venereo coitu intemperantes facit: et viciis quibusdā semper implicatos: et qui assiduis ob hec pulsant infamij. Si vero minuta luminib; in nocturna genitura a mercurio defluens ferat ad venerem diuites: potentes: imperiosos: magnos: et quib; regionum vel ciuitatuꝝ maximarum tuitio credatur. presertim si liberata a solis radiis luna in horoscopi signo fuerit inuenta. et si venus simili modo a solis radiis liberata in his in quib; diximus locis cursum lune venientis exceperit. Si vero in ceteris geniture locis fuerit ista coniunctio honestos multa negocia agētes faciet: et qui propriis viribus patrimonij sibi substantia querant. Si vero per diem minuta lumine ad venerē ferat et in medio celi vel in decimo ab horoscopi loco fuerit ista coniunctio sacri certaminis palmas: coronasq; largitur: aut sacris certaminibus facit esse prepositos: aut templorum fabricatores: aut simulacrorum consecratores facit: aut certe neocoros: aut principes sacerdotum: aut magna in templis officia tractantes. Si vero in ceteris geniture locis fuerit ista coniunctio mediocres in facultatibus facit: et qui artes metallicas exercere consueuerunt. facit plerūq; coriarios: aut qui aromata mercari consueuerunt. facit etiā eos pollitores preciosarum gēmarum: vel qui gēmis ex vario pigmentorꝝ genere alias speciem coloris appingant: aut tornatores: sculptores simulacrorum: aut fabricatores efficiet: aut in tēplis sacra carmina p̄cantantes: aut tibicines temploꝝ faciet: et qui hūi rerum celestium notionē: vel qui sciant secreta celestia: vel qui res absconditas et abditas facili ratione perdiscant: ex his occasionibus vite illis subsidia querantur.



Ja saturno defluens luna et ad nullum ferat sed per vacuum cursus suos dirigat et sit crescent vel plena luminibus patrimonium misera laceratione dilapidat: et facit a parentibus alienari: aut interemptis parentibus in prima etate reddit. Et facit plerique pigros aut longinque peregrinationibus detinet occupatos. Si vero sit minuta luminibus faciet circa ventrem frigus assiduum: quod greci phichrocoelio vocant: et infinitis flegmatum viciis laborates macros: spleneticos: lispebetricos: hydroscopicos: pleumaticos vel dysfriacos: et qui latenter vicioz doloribus torquunt: sed hoc per signorum qualitate decernit. **C**A ioue defluens luna si ad nullum ferat et per vacuum cursus suos dirigat: si sit plena luminibus faciet ex sua perfectione peregrinos: pauperes: et qui processu ipsius oia felicitatis ornamenti deperdat. Si vero sit minuta lumine expositos: captiuos: et quoque vita seruitutis onere deprimat: et quidam erunt viciis valitudinibusque implicati alios oligochronios facit. **C**Si a marte defluens luna ad nullum ferat. se per vacuum cursus suos dirigat: et sit plena luminibus patrimonium dissipat: et paretes in primo etatis gradu perimit: aut vicuum aliquo aut male mortis discrimen impinget: ipsos vero aut ex altis precipitat locis: aut a quadruplicibus periculis: aut maxima illis vicissim valitudinesque decernit: alios facit publica morte biothanatos. Si vero minuta lumine a marte defluens ad nullum ferat: aut a gene suo alienari et separari facit: et patrimonia eorum variis lacerationibus dissipat: aut dat labores artes ut circa ignem per ferruginem versentur: aut miseris milites facit. **C**A sole defluens luna si ad nullum ferat: sed per vacuum cursus suos dirigat pauperes infelices: peregrinos erraticos: et qui seruilibus semper actibus imponerent: alios ad varios actus affectantes: quod aggressi fuerint yario facit genere desperationis amittere: sed processu ipsius huius infortunij genus mitigat: et praesidentium calamitatibus ex aliqua parte miserum mutat exitium: deposito paupertatis onere paruum illis vite subsidium copiat: et aliquos actus effectare compellunt. **C**A venere defluens luna crescent lumine si ad nullum ferat: sed per vacuum cursus suos dirigat faciet passiuos in coitu: et qui nunc in uxori amoribus perseverent: sed qui semper incestis deliciantur amplexibus: sed hos eos deinceps facit nudos: pauperes: et qui humeros suos laboribus subiectes quotidiane querent vite subsidia. Si vero sit minuta luminibus: viciosos: turpes pauperes: et assiduo facit onere miseriarum pergrauatos: aut artibus et actibus in honestis applicat semper et miseris. **C**Si a mercurio defluens luna ad nullum ferat: et per vacuum cursus suos dirigat et sit plena luminibus faciet grammaticos: et oratores: medicos: musicos: et qui coniunctione solertia testium sciat siderum cursus: aut senoris: aut negotiationis officia tractantes: ex quibus occasionibus gloria et substantia: sed processu temporis prosequuntur. Si vero fuerit minuta luminibus ab humoribus vicia decernit: aut ex aquis graue piculorum discrimen indicit: aliorum mentibus nocet: aliorum obligat linguas: aliorum auribus nocet. Sed hos oes faciet alienos a litteris: facit alios vaticinari: sed in templis: alios ad temploz custodias sempiternas addicit: alios ministros facit seruosque temploz. **N**unc genera explicanda sunt oia que veloci cursu suo perficit luna: ut et partiliter et generale oia explicasse videamus. **C**Si saturno se applicauerit luna miseris parentes facit. Si vero se marti coniuxerit ambos parentes facit humiles: ite patri miserias in

dicit. **C**Si a marte ad saturnū ferat. i. si utrūq; latus ei⁹ mars & saturn⁹ possederint sa-
cre. Si vo a saturno ad martē ferat mediocriter hec eadē facit: mulierib⁹ vero tūc de-
cernit vicia: cū eadē radijs suis impugnauerit saturnū: lunaticos vo tunc facit si figura
lune vel scema vel similitudine saturno cōparet & marti: ioue ac venere alienis existentib⁹
signis. Jupiter enī & venus istas oēs cōiunctiones vel deflusiones p quas misera ho-
minib⁹ decernunt exitia: si bona radiatione respererint decretoꝝ maloꝝ misere calamiti-
tatis exilia mitigant. felix erit nimiūq; felix & cu omni felicitate: etiā prudētia decernit
ornatū si in his iu quibus gaudēt locis siue inimica martis aut saturni radiatione ioui
se ven⁹ radiatione cōiunxerit: aut vni de duob⁹: tūc enī felicitas: tūc substātia: tūc hono-
res: tunc oīa vite ornamenta decernit. Gaudet aut̄ aut in horosc. aut in quīto ab horos.
loco: aut in vndecimo ab horosc. loco iouis & veneris cōiunctionib⁹ adornata. Sed si
in octauo geniture loco in nocturna genitura: & in his in quib⁹ gaudet signis sicut iouis
& veneris testimonio maximā decernit felicitatē. Quēcūq; itaq; locū volueris in genitu-
ra tractare: aut nature: aut nutrimentox: aut generis: aut parentū: aut fratrū: aut nuptia-
rū: aut sobolis: aut extremū diē vite: diligenter inspice cursum: cōiunctiones deflusioni-
nesq; lune longitudines: altitudines: & qui cōiunctiones eius excipiant. Expetere itaq;
in omni genitura debem⁹: ne sol cōiunctionē ad se yeniētis excipiat. Postea enim quā
de diametro solis recedēs luminib⁹ suis ceperit dāna sentire ad synodū festinās quali-
bet luminis sui figuraione pro mēsura vniuersūsc̄ decernit exitiū. Si enī fortis ei⁹ ra-
diatio fuerit fortia mala: & magnox infortunioꝝ decernit exitia. Si media fuerit radia-
tio maloꝝ tempat exitiū. Si vero deficiens ad ipsos radios solis accesserint: & ipsi orbi
ei⁹ quodāmodo cōglutinata fuerit & aspectu hominū rapta non pereat: tunc potētiora
mala: tūc oīz calamitatū decernit exitiū. Scdm̄ hec apotelesmata q̄ in pcedenti hui⁹
libri parte signauim⁹. Si vo a cōiunctionib⁹ solis liberata p diē saturno addēti ad cur-
sus suos numeros: se luna cōiunxerit magnox bonoꝝ: & magne felicitatis incrementa
decernit. Sed & si ioui se simili ratione cōiunxerit vltra modū felicitas: & vltra modū
omniū bonoꝝ conferunt insignia: erit enī felix nimiūq; felix in cuiuscūq; genitura sic cir-
ioue luna fuerit iuventa. Si vo cū marte sic sicut diximus fuerit iuventa: magnox ma-
loꝝ decernit exitia erūt enim sī signoꝝ naturā biothanati: sed & mala mediocriter mi-
tigauit: si in feminino signo mars fuerit iniūctus. Si vo cū venere ista fuerit radiatione
cōiuncta in medio celi bonas decernit nuptias: p̄sertim si aliena a martis cōiunctioni-
bus fuerit. Si vero in alijs geniture locis fuerit ista cōiuctio bonā quidē vitā decernūt:
sed cū suis affinib⁹ coeunt. Si vero mars ista cōiunctionē viderit illicitos coit⁹ cū mis-
era cupiditate decernit. Si vo cū mercurio fuerit ista cōiuctio infinita etiā & inaudita ma-
la aliudia afflictione decernit. Unde orare debem⁹ & sumis p̄cib⁹ postulare: ne quādo
luna se mercurij ista radiatione cōiungat. Si vo p noctē minuta luminibus saturno re-
tro grado vel stationē faciēti se luna cōiunxerit: magnas infelicates decernit. Quidam
sī naturā vel sī locoꝝ ptātem biothanati pereunt. Sed hec infortunia ex aliqua pre-
mitigant si in feminino signo saturn⁹ fuerit iniūctus. Si vo ioui se p noctē ista radiatio-
ne cōiunxerit omnib⁹ bonis abundabit: sed & si marti simili fuerit radiatione cōiuncta

magne felicitatis decernit insignia. Sed hec maiora efficiunt si mars addat ad numerum. Si vero veneri se ista radiatione coniungat aut in medio celi aut in quinto aut in undevicensimo ab horosco. loco: aut in ipso horoscopo. bone erunt circa nuptias si eas saturnus nulla radiatione pulsauerit: eruunt aut feliciores si venus retrogradus a principalibus locis nocet: et faciet plerique phisicos: sed bona tunc decernit fortiora cum fuerit per noctem ista coniunctio: minuunt aut bona: et mala crescunt omnia ab his scilicet stellis in diurna genitura.



Abent etiam mauorti decus nostrorum sine alicuius stelle presentia ex natura sua decernendi maximam potestem et multis ingenitulis operari ipsa signorum nuda substantia. Sed hec efficacia in solis cardinibus innenitur. Cardines etiam sine duarum stellarum testimonijis relinquuntur ex sua natura decernendi accipiunt potestatem quod ut manifestius intelligas ipsius rationis auctoritate monstrabo.




Aries

Significatio. xij. domoz in quatuor angulis celi.
Horoscopus in ariete.




Ihorosc. in ariete fuerit inuenitus et in capricorno mediū celi erit occasus in libra: mediū celi in cancero. Quid itaqz horosc. in ariete cōstitut? quid hui? residui tres cardines decernant interim generaliter explicabo. Cum horosc. in ariete fuerit: plurimā iumentitez decernit: fratres denegat: aut ex pluribus fratribz vnu reseruat: sed et ipsum vicio quibusdam acerbitate debilitat nomine semp odio psequit: paterna substātia in statu eodem nō pseuerat: sed nūc dilapidata dispergit: et rursus dissipata colligit. Videbit sane quibusdam ex nimia liberalitate tutior: alijs liberalitatis eius cōstātia displicebit: et beneficia sua prestabit ingratias: vt nunqz ei pares gracie rependant: erit sane mutabilis et caput eius varijs semp doloribus fatigabit. Si in capricorno mediū celi partiliter fuerit perseveranter cuiusdam glorie ornamēta decernit: et faciet ei simultus cū quadā humilitate blandiri: erit negotiis quibusdam litterisqz ppositus. Multis quotidiane vite alimenta suppeditat: alias facultates propria procuratione sustentas: multis rebus necessarijs ingeniosus: et cui absconsarū religionū secreta credant: et ad celestia secreta penetrabit si istum locuz mercurij stella ex aliqua parte respererit: vel in ipso loco mercuri? fuerit inuentus. Tercius vero cardo. i.e. occasus decernendi licentiā sibi vendicat: in his si fuerit iuventa libra vitam in domo regia assidua conuersatione decernit: ant in publicis actibus cōstituit: erit autē vite ex quadā inequali parte mutabilis vt felicitates omnes semp infelicitas subsequat prosperitatis iufortunū et ex altissimo dignitatis gradu ad infumū cauduca humilitate reuocebit. Nam et omnē eius claritatem inuidie liuor impugnet: p̄fertiz si horosc. iupiter de trigono nō viderit: vel si in ea nō fuerit: hec enim mala fortius conualescent. Quartus erit cardo in medio celi his erit in ariete horosc. potens semper et in cancero faciet claros et coronarum insulis adornatos: et decernent ei statue pariter et imagines. Si istum locum iupiter in horosc. constitutus respererit: vel si in ipso loco fuerit inuentus erunt ei quidam ex affinibns aduersarij propter se vel propter necessarium sibi aliquem: erit intonsis crinibus sordium squallidus: et erit semper necessarioz abundantia copiosus: presertim si in quoqz horoscopo cardinum Iupiter fuerit inuentus.





Horoscopus in taurō.

Si horoscop⁹ in taurō fuerit inuenetus multis labor⁹ cōtinuationib⁹ fatigabit: ⁊ quicqd in prima etate fuerit cōsecut⁹ semp amittit: s̄ postea qđ amiserat cū leticia cumulent⁹ augmenta: ⁊ habebit bone felicitat⁹ ornatū: ⁊ inimicos suos videbit misere humilitatis cōtinuatione pstratos. Si in aquario mediū celi fuerit cū potētioribus semp amicitie gratia versabit ⁊ vitam ex publicis semper habebit actibus ⁊ erit aquosus semper actibus negotijs explicatus: ⁊ qui nunq̄ accusationis pulset inuidia habebit sane incrementa facultatū pa-




riter et dāna. Si occasus in scorponis signo fuerit inuentus: erit in omni vīte conuersatione cordatus: alienos nutriēs procuratiōnis officia: vxorem primā interuentū mortis amittit. Si vero fuerit mulier: et maritum amittit pariter et filium. Si in leone mediū celi fuerit inuentum faciet propriare labore patrimonij subsidia querentes: et hi a suis varijs insidiarū generibus maximā sequentia substātie facultatē. Sed que apud ipsos perpetue felicitatis ordine perseuerent: sed hec pro mensura geniture decernunt.




Horoscopus geminorum.



In geminis horoscopus fuerit inuentus: in primis vite constitutus initij laborabit: et a parentibus illi solatium semper assertur erit sane celestibus felicioris semper imbutus et maiorum virorum fidelibus amicitijs affictus et qui primonijs dat. Si medijs celi cardo fuerit in piscibus vitam suam in loco aquoso constituet: et ex omni substantia patrimonia possidebit: et virtus ex alienis facultatibus conferet: et in duabus ciuitatibus aut potentia eris: aut patrimonij diuidet. Si occasio in sagittario fuerit inuentus: aut fratribus suis: aut affinibus per ipsum aliquod inferetur exitium: et animu eius per varias temporum vices maximis sollicitudinibz cruciabit: habebit inimicos et victa patria peregrinis nationibus immorabit: sed reuersus postea ad paternos lares: deorum putabit presidio se restitutus. Si in virginie medijs celi cardo fuerit a prima etate varia laborum continuatione quassabis. Sed processu temporis maxime felicitatis incrementa consequeris. Sed hec singulis pro mensura geniture prouenient quod in omnibus sicut frequenter diximus obseruare debebis.




3 4



Horoscopus in cancero.

Si horoscop^o in cancro fuerit inuenitus facit acutos sp^o ingenio: sed q^ob^o cūcta cum tarditatis moderatione p^oficiat: faciet suaves doctores: et q^o grauiter irasci conuenerint: et q^o malos oēs seueris indignationib^o psequant fortis moderatos: sed quo^z indignatio facillime indigne^t et mitiget. habebut sane vite substantia ex publicis: vel ex regijs et publicis locis: qui bus vite illis substantia cōfere^t: et erit semp in publicis necessitatib^o occupati. Sed illi va- ria necessitate cōpulsi plurimi blandient^s. si horos. in cancro constitut^o et saturn^o in eo




aut eū viderit violētā mortē faciet: aut grāde valitudinis incidūt viciū: aut propriores
frēs p̄ ipſis vicarijs mortib⁹ interibūt. **S**i in ariete medi⁹ celi cardo fuerit cū potenti-
orib⁹ viris assidua cōuersatione versabit: aut ex alienis facultatib⁹ quotidiana illi ali-
menta p̄stent: t erit semp res bonas appetens t desiderās: t patrimoniu ei⁹ assidua va-
rietate mutat: t quociēscūq; amissū fuerit totiēs cōparat. **S**i in capricorno fuerit oc-
casus latēti pulsabit semp assidua sed postea quieta idē rōne cōponit: post multa ineq-
ibilitate incōmoda erit sane ingeniosus: acut⁹: mentis instigationib⁹ adornat⁹: absconsi-
cuiusdā doloris tornēta sustinens: aut infinitis animi dolorib⁹ fatigabit⁹. **S**i in libra
medi⁹ celi cardo fuerit: multis laborib⁹ fatigabit⁹: t ciuilib⁹ munerib⁹ applicatus: vel po-
pularib⁹ cōuersationib⁹ tradit⁹ p̄cedētis priuonij substātiā dissipabit. Erit sane secūd⁹
in omnib⁹ p̄tātib⁹: t erit alijs necesari⁹: ex litteris habebit substantie facultatē t erit cui
ab alijs latētia secreta credant: pueniet ad extrema spacia senectutis t bono sepulture
honoře decorabit⁹: t si mercuri⁹ in sequēti signo fuerit iuēta pprior erit inter oēs ma-
sculos filios. Si vero ven⁹ in secūdo loco fuerit iuēta filie p̄ferunt spacia vite. Si dñs
geniture sicut ante dixim⁹ bene fuerit collocat⁹: t beniuolarū stellarū radijs adornat⁹.



Horoscopus in leone.




Horoscopus in leone si fuerit inuentus is qui sic horā habuerit multis laboribus: et multis periculis implicabitur sed per omne vite tempus erit omnibus nor̄ et erit semper ingenuis habendi liberam potestate: et qui nō in omnibus malitie virum exerceat viuendi et imperandi vota cōcipiet proprijs laboribus acquirens substantie facultatem. Sed si mars in hoc eodem horoscopo partiliter fuerit inuentus: aut sol eum ipsum quadrata vel diametra radiatione resperxerit omnisariam denegat filios. Si vero iupiter simili modo fuerit inuentus vñā dabit filiam. ¶ Si medium celi in taurō fuerit inuentū habebit vitam in loco publico aut in templo: matrimoniū vero contrahet cum muliere vidua aut ab alio stuprata aut subiecta: et seruīlis cōditionis: aut anu: aut que publica pulset infamia: et a potentissimo viro honor maximus confereb̄: erit autē oīum rerū inscius: et incremētis prospere fortune letabit. ¶ Si in aquario fuerit occasus vita eius et augmenta semper habebit dāmina erit gratus. Sed in quibusdam rebus probat. ¶ Si in scorpione mediū celi fuerit inuentū habebit quibusdam negocijs principium: q̄ si mars hunc locum quacūq; radiatione resperxerit in custodia aliquando sed libera positus: si mars sic positus in matutino ortu fuerit inuentus militabit: aut armorum erit prepositus: sed in extraneis et peregrinis moriēs locis repentina: aut vioenta morte prostratus.






Horoscous in virgine.
In virgine horoscop' sue
rit innēt' erit multis labo-
ribus: et multis sollicitudi-
nib' implicatus: sed cui di-
uinitas: uel p' omniū: v'l ali-
qua laboratione: aut certe
responis et sortibus cūcta p'dicat: p'ces vero
suas ad divinitatez multiplicei semper conti-
nuatione perpetua mox illecebras oculorū
passiuis cupiditatib' iurres: et q' oīuz mulie-
rū cubit' piecta cupideitate desideret: s' istis
tā diu vicijs laborabit q' diu signi eius fuerit
anafora completa: erit sane letus: huma-
nus: et apud quem pura amicitie necessitu-
do permaneat: et ad quem dāmma alicuius




sollicitudo pertineat: multa sciens & omnium disciplinarū secreta perquirens: omnia in claustra pectoris retinens se p̄ conio simplicitatis ornatos: & cui adhuc docti sermonis gratia aut negociationis officio: aut ex successione: aut ex sacris aut ex virtute aliquā magna felicitas: & magna cōferat substātia facultat̄. ¶ Si in geminis mediū celi fuerit inuentū ex publicis: aut ex sacris dabit substātiā. Sed hoc tuc cū līmē fuerit senectus: ingressus erit religionū ac deoꝝ cultorꝝ iustus: & cui maria pars ciuiū obtēperare conet. Abscōsa assidua inuestigatione p̄quirēs: multarū artū ac disciplinarū inscius: & vltimo vite ipse multis p̄ ipsū integre ac recte vite mōstrat̄ officiū. ¶ Si in piscibꝝ occasus fnerit ibit p̄ multa loca pegrina multis hominibꝝ notꝝ & ei multi sedula obsequioꝝ gratia blādief. Erit gratus: felix: venustus: acutus: multis occupationibꝝ implicatus: & ad omnes cōuersationē semp & nobil. ¶ Si in sagittario mediū celi fuerit inuentū: erit felix: & a suis substātia cōfereſ: & ei plurimi blādient: erit oībus notus: diis gratias p̄ sua felicitate restituēs: aut ei sacra publica credent: filiorū vō felicitate letabit̄: & dolorē amissioꝝ filiorū rursus cepta felici sobole mitigabit: erit ad oīa aptus: erit etiā doctus & agilitatis felicitate perspicuus.



Horoscopis in libra.

Si horoscop^o in libra fuerit inventus habebit egritudinez: et multis periculorū laqueis implicabitur: et assidue illum aduersariorum turba pulsabit: et de veris ac definitis rebus habebit contentiosa certamina: religiosus sane erit et cultor deorum: sed cuius vita inequabilitatis semp varietate mutetur: sed in omnibus inuitus erit: et talis ut in nulla re videat esse posterior glorioius: sed locus filiorum erit mutabilis: nam nunq^z ei integer numerus filiorum per seuerat: erit talis qui in omnibus rectuz velit habere iudicium: diuinis et celestibus religiōibus veniens. **S**i in crancro mediuz celū




fuerit inuentum erit gloriois quibz daz actibus occupatus: in loco religioso: aut in publicis nutritur: et in senectute maxime illi glorie conferuntur insignia: ita ut nouissimū vite tempus nobilitatis splendoribus adornetur: erit in senectute copiosus: pecuniosus: et diues: et in processu temporis gradatim omnis substātia felicitatis accedit: tardē consequetur filios: aut vnum habebit filium. Sed si locum istum iupiter aliqua radiatiōe respexerit multa ac felici sole gaudet. **S**i occasus in ariete fuerit inuen^t ex aquo sis habebit lucrum: vel in aquosis locis erit ex aliquo timore sollicit^o: et in desertis locis incurrit aliquod vite discrimen: et multa periculorū continuatione quaſſabitur: multis ac crebris peregrinationibus diuidetur. habebit sane latens vicium: et in senectute posito felicitas maxima conferetur: sed vxor eius insanie periculis laborabit. **S**i mediū celum in capricorno fuerit: patrimonium eius varia ratione mutabitur: et quicquid acquisitum fuerit rursus amittitur: et rursus quod amissum fuerit inuenit. sed omnis substantia proprijs viribus virtutibus queritur: et in yltimo etatis gradu positus maximo incremento felicitatis ornatur: augetur ne sibi filiu^z alienē sobolis adoptare: aut filios ex muliere infirma consequetur.



Horoscopus in scorpione.

Horoscop*o* i scorp*o*e su
erit inuen*t* in p*ri*a etate fa
ciet acutos: iracudos: agi
les: sed hi per multa infor
tuniorum genera ducent:
verum postea felici lic*c*cia
subleuant: et erunt magnis
leticijs dediti. si ipsum iupiter aliq*u* radiati*o*e
respererit: erunt gloriosi: et a diis presidia spe
rabunt semper: et sacrorum aut celestium reli
gionum sacramenta percipient. erunt in alio
loco vel in alia ciuitate suo studio tr*ans*ferent:
erunt semper erecti spiritu subleuant: acuti: p
ferentes ornam*en*ta sermonis: erunt tales qui
bus semper varietas placeat: propter amicos




All negotia: aut pericula semper occurunt: et post multa ex amissione filiorum infortunia rursus felici sole gaudebunt. Si in leone medium celum fuerit inuentum vita eius vario labore ac variis sudoribus fatigabitur: et erit potentiori alicui honoris: aut nutrimentorum gratia subiugatus: erit fortis: et cui processu etatis plurimi blandiantur: et qui plurima ex suis facultatibus ad alios transferat. erit in aliqua positus potestate: augebit paterne substantie. Si in thauro fuerit occasus plurimos habebit aduersarios quos omnes videbit vario genere semper oppressos: erit talis qui semper ad venie reos coitus oculorum cupiditate cogatur: et qui aliqua pulsetur infamia: patrimonium et acquirat pariter et perdet: et quotienscumque perdidit iterum consequetur. Si medium celum in aquario fuerit: prope aquam: aut ex aqua habebit vite discrimen: accedat et cuicunque profuerit ei ingratus semper existit.



Horoscopus in sagittario.


Si horoscopus in sagittario fuerit inuentus multos aduersarios faciet: et collectum patrimonium ynde non sperauerat conferetur peregrinis frequenter regionibus detinebitur grade fluum: aut grande pelagus nauigabit. erit semper in publicis conuersationibus positus: in aquosis aut ex aquosis locis vitas pariter habebit et factus: plurimas artes et disciplinas plurimas consequetur: erit cordatus: ingeniosus: et omnium rerum scius. **S**i in virgine medium celum fuerit inuentum in magnis promotionibus constitutus: et multis potestatibus gratia preferetur: consequetur maximam licentie potestatem: et iussionis eius audientium turba seruabit: et multi per eum habebunt vite ac viuendi subsidia: et cuicunq; aliquid tale contulerit ipse: et ingratus semper existit. **S**i occasus in geminis fuerit inuentus: et filios habebit pariter et nepotes. sed tunc cum limen fuerit senectutis ingressus: et erit talis ut omnes dolores facillimus rationibus perserat: et qui damnata recta mentis auctoritate conteinnat: alijs secretas perlent literas: et celestium ac sacrarum rerum ordines monstrant. erunt ingeniosi: iusti: cordati: et qui aduersarios subdolis semper dissimulationibus insequantur: docentes oiam: et quibus felicitas tardis processibus conferatur. **S**i in piscibus medium celum fuerit: in aquosis locis habebit yite subsidia: erit talis cuius fidei cuncta credantur: erit notus et nobilis. sed circa uxore vel affectus eius alienus erit. Sed si istum locum iupiter aliqua radiatione respererit facile uxore ducit: et erunt ei grati singales affectus: et stupro vel adulterio cognatam ducit uxorem.





Thoroscopus in capricorno.

I horoscop*us* i capricorno
fuerit inuen*t* amicis puro
excinit amicitia semper af
fectu: erit subdolus *&* letus
& cū nihil desit ad vite sub
sidium peregrinabitur: et
quibus vite alimēta presti
terint: ipsi ei existūt semper ingrat*i*: erit ama
bilis: parui animi: *&* dijs long*i*: *&* plixis semp
recib*o* molestus: erit talis cui abundet sub
stantia facultatis: erit mulieribus libidinib*o*
obligatus: *&* qui has easdē mulieres expletis
libidinibus vituperare contendat sacramēti
cuiusdam aut sacrorum: aut vite aliene: aut
absconsarum religionum secreta perdiscens




CSi in libra mediuz celū fuerit: erit pius honesta gratia sermonis ornat⁹; doctus: dijs vota restituet ex quibusdam necessitatibus: aut ex quibusdam periculis liberatus: habebit prosperos actus. sed postea q̄z malis actibus fuerit oppressus felicitas ex alienis infortunijs conferetur: et habebit ex alienis mortibus lucrum: aut ex veteri re aliqua ei absconsa cōmoda felicitat⁹ inueniet. **C**Si in cancero occasus fuerit habebit ab affinib⁹ molestias maximas: et erit maximis periculis implicat⁹. **C**Si in ariete medium celū fu erit: in maximis erit erroribus: et post incōmoda vite requiem sortietur. sed vita eius ex actu varietate mutabitur. erit enim nunc in alto dignitatis gradu: nūc ad infimum: cū dignitatis reiectio reuocatur. sed hec illi inequabilitas ex amicicijs potentum nascitur effert vxorem et primum filium aut certe quicq; natus filius fuerit graui debilitabitur vicio valitudinis.




Horoscopus in aquario.

Si horoscopus in aquario fuerit inuentus: quodcunqz consecutus fuerit qlicunqz rursus laceratione dilapidat: et quicquid habuerit vel qfierit rurus amittit: sed quod amissus fuerit facili ratiōe plerūqz colligitur: multos suscipiet fons: et multis vite alimenta prestat: et erunt circa ipsum inquantū quibus cunqz ab ipso aliquid fuerit forte collocatu: et in graui periculo constitut: et ab hominibz desperatus: deoꝝ presidio liberatur: a multu inuidio stridore pulsabitur. deoꝝ literarum autem aut sacrorum: aut religionum officia tractabit: et magnis viris erit bonis actibus notus.


Si in scorpione mediū celū fuerit: erit fortis: sed dura vita et dura auersatione quassabitur: de loco ad locum transitū faciet. Et si fuerit in genuis seruilia cōsequetur officia: sed postea eum in omnibus prospere sequetur euentus: sed et circa vxore et filios inter initia miseris infortunijs laborabit: et postea ei ex malorum virorum noticia et felicitas conferset. **S**i in leone fuerit occasus cum vxore varia similitate dissentiet. cum indigna enim aut cum anu matrimonium copulat: aut que varijs amorum excipiatur vel capiatur ardoribus: et a suis patietur infidias: et contra illum inimici repentinis acti onibus erigunt: et suis viribus ac sua virtute tollit alieni iuris vxores: aut alienam spon sam: aut certe cum vidua matrimonium contrahit. **S**i medium celū in thauro fuerit magnus et cum multis potentibus versabitur: et in omnibus rebus habebit gloriam: et multorum substantiam gubernabit ut ei res plurime credantur propter discipline sue veritatē: et morietur post multū temporis spaciū: longo pondere senectutisqz pressus. Si dominus geniture conditionis sue secutus potestate: et in principalibus suis geniture locis positus ornatus signo pariter: et parte integrum temporis sui decreuerit numerū.





Choroscopus in piscibus.

Si horoscop^o in piscibus fuerit inuentus ingeniosus: cordat^o: fidus: amicus: ac necessarius: et ex quibusdam negotijs promouebitur: ita tamen ut potest statim eius et honorib^o potestas alia preferatur, habebit inimicos: sed ex his facilimis rationib^o vindicabitur: et ex longi quibusdam negotijs gloriam consequetur. sed propter temporis maioris dignitat^o ornamenta sequitur: et magne habebit felicitatis augmentum: et assidue cum multorum noticia peregrinationibus notus. Si mediuz celi in sagittario fuerit: multis erroribus implicabitur: et periculorum varia discrimina accedit: erit agilis in omnibus conuersationibus: et cum potentioribus personis habebit non



modica certamina: et propter personam quandam incurrit insidias: et totum quicquid
